


-45


Merc
Crisme
aisti
Sermones.
1471
INCUNABULI
F
6
24
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze

a1753
£ 70.–







Tarvisii, Gerardus de Lisa

Exemplar perlegans. Pin. I. p. 227

MERCVRII TRISMEGISTI LIBER DE POTESTATE ET SAPIENTIA DEI E GRAECO IN LATINVM TRADVCTVS A MARSILIO FICINO FLORENTINO AD COSMVM MEDICEM PATRIAE PATREM. PIMANDER INCIPIT.

Dialogus p.[5]

CVm de rerum natura cogitarem: ac mentis aciem ad supna erigerē: sopitis iam corpis sensibus: quemadmodum accidere solet iis: qui ob saturitatem: uel defatigationem: somno grauati sunt. subito mihi uisus sum cernere quēdam: immensa magnitudine corporis: qui: me nomine uocans: in hūc modum clamaret. Quid est o Mercuri: quod et audire: et intueri desideras? Quid est: quod discere atq; intelligere cupis? Tū ego: quisnam es inq̄? Sum inquit ille Pimander mens diuinæ potentiæ. at tu uide: quid uelis. ipse uero tibi ubiq; adero. Cupio iquā rerum naturam discere. deumq; cognoscere. Ad hæc ille. Tua me mēte complectere: & mens pater



ego te in cunctis: quae optas: erudiam. Cum haec dixisset: mutauit formam. et uniuersa subito reuelauit. Cernebam enim imensum quoddam spectaculum. omnia uidelicet in lumen conuersa. suaue nimiū atq3 iocundū: quod intuentē me mirifice oblectabat. Paulopost umbra quaedam horrēda: obliqua reuolutione: subter labebatur. in humidamq3 naturam migrabat: ineffabili tumultu exagitatam. Inde fumus quidam manans i sonitū erumpebat. ex sonitu uox egrediebatur: quā ego luminis uocem existimabam. ex hac luminis uoce: uerbum sanctum prodiit: Verū hoc naturae humide adstās eam fouebat. Ex humidae autem nature uisceribus: sincerus ac leuis ignis protinus euolans: alta petiit. Aer quoq3 leuis: spiritu parens: mediam regionem inter ignem et aquam sortiebatur. Terra uero et aqua: sic inuicem commixtae iacebant: ut terrae facies aquis obruta nusq̄ pateret. Haec duo deinde commota sunt a spiritali uerbo: quod eis superferebatur: aures eorum circunsonans. Tunc Pimāder ait. Aduertis qd sibi haec uisio uelit? Cognoscā

Verbū sanctū

inq̄. Ait ergo Pimander. Lumen illud ego sum mens deus tuus: antiquior q̄ natura humida: quae ex ūbra effulsit. Mentis uero germen uerbum lucens dei filium. Quid ergo inquam? Sic īquit. Cogita: quod in te uidet et audit uerbum domini. mens autem pater deus. Neq; enim distant adinuicem: horum unio uita est. TRISMEGISTVS. Gratias habeo tibi. PIMANDER. Verum ī primis meditare lumen: atq; cognosce. TRISME. Haec ubi dicta sunt: diu illū oraui. ut eius ideam ad me conuerteret. Quod cum ille fecisset: repēte prospicio mea in mēte lucē uiribus innumeris existentem: ornatū sine termino ignem. ui ingēti circūseptum: et in ipsa stabilitate dominantem. Haec ipse pcepi per Pimandri uerbū: qui me stupore attonitum sic iterū affatus est. Vidisti in mente primam speciem infinito imperio praeualētem? Eiusmodi quaedam mihi Pimāder. At ego illi. Elementa naturae unde manarunt? PIMANDER. Ex uoluntate dei: quae uerbum complexa pulchrumq; intuita mūdū: ad eius exēplar reliqua suiipsius elementis

uerbum

unde elem̄ta nat̄ manarunt.

uitalibusq; seminibus exornauit. Mens aūt
deus: utriusq; sexus fecūditate plenissimus.
uita et lux cum uerbo suo mentem alteram
opificem peperit: qui quidē deus ignis atq;
spiritus numen. Septem deinceps fabricauit
gubernatores: qui circulis mundum sensibi-
lem complectuntur: eorumq; dispositio fatū
uocatur. Connexuit īde dei uerbum ex ele-
mentis dei deorsum tenētibus: purum natu
ræ artificium unitūq; est opifici mēti. Con-
substāciale enim erat. Relictaq; sunt elemē
ta naturæ deorsum cadentia sine ratione: ut
sint tanquam sola materies. Mens quidem
opifex una cum uerbo circulos cōtinens: ac
cæleri rapacitate cōuertens: suam ad se ma-
chinam flexit. eamque uolui a principio ad
finem absq; fine præcepit. Incipit enī illinc
semper ubi diffinit: Horum ꝑfecto cūctorū
circuitus: quemadmodum ipsa mens uoluit:
ex elementis inferioribus animalia cōflauit:
rationis expertia. neque enim prebuit rati-
onem. aer uolatilia protulit: aqua uero natā-
tia. Distincta quoq; inter se sunt aqua et ter
ra. cum imodum: qui mēti placuerat. Terra

monium de te perhibeto. In uitam ac lumē assurgo. Ipse pater es uenerādus. Hō autē tuus: sanctitate una tecū potiri desiderat. cū potestatē illi oium arbitriūq; cōcesseris.

MERCVRII AD AESCVLAPIVM SERMO VNIVERSALIS.

Dialogus 2.

DEus atq; ipsa diuinitas dico nunc: nō quod genitum: uidelicet quia ingenitum. Si ergo diuinū sit: essentia est. sin deus etiā super essentiam. Intelligibile autem id hoc pacto. Intelligibilis.n.deus. primus nō sibi: sed nobis extitit. Intelligibile quippe intelligenti: per sensum subincidit. Deus itaq; minime sibi intelligibilis. Non.n.aliud qddam existens: praeter id quod intelligit. intelligitur a se ipso. Est tamen differens quiddam a nobis: iccirco a nobis intelligitur. Quod si intelligibilis logos: nō deus. Sin ut deus haud sane: ut logos uerbum tanquam discretus dicatur. Omne autem quod mouetur: non in moto: sed in quodam stabili mouetur. Ipsum quoq; quod mouet: etiā pman&. Impossibile

.n.est cū eo simul agitari. ESCVLAPIVS. Quonam igitur pacto Trismegiste: ea quæ i mundo sunt: mutantur una cum iis: quæ mouent. Nam speras erraticas. ab aplane spera moueri dicebas. TRISMEGISTVS. Iste non motus o esculapi: sed resistentia est. Nō enim eodem: sed modo contrario gradiūtur. Oppositio uero reuerberationem motionis stabilem continet. Repercussio.n.stationis: agitatio est. Ideoq; erraticæ speræ e contra-rio: ac aplane subalterne inuicem discurren do: obuiatione contraria circa oppositionem huiusmōi: ab ea quæ præstat: agitātur. Quod quidem aliter habere se nequit. Nā arctos ipsas: quas nosti: nec exoriri unquā: nec mer-gi circa idem perpetuo recurrentes: nō mo-ueri censes an consistere potius? ESCVL. Moueri o trismegiste. TRISME. Quonam motu esculapi? ESCVLA. Motione circa idem sempiterne currēte. TRISMEG. At uero circulatio illa idem: et circa idem mo-tus statione contentus. Ipsum nāq; circa idē prohibet: quod super ipsum est. Impeditum autem id: quod super istum est circa idem

instat. Atq; ita contraria agitatio firma est: ab ipsa oppositione perpetuo stabilita. Exẽpla tibi ante oculos ponam: in terris uiuentium. ueluti: dum homo quis natat: currẽte nimirum aqua: manuum simul et pedũ repcussio stare hoĩẽ efficit. ne cũ aqua pariter collabatur: aut mergatur in eam. ESCVLA Perspicuum o trismegiste exẽplum in medium attulisti. TRISMEG. Quodcunq; ergo mouetur in statu: a statu mouetur. Motus itaq; animalis omĩs: quod ex materia cõstat: nequaquam fit ab his quæ sunt extra mundum. Cæterum ab ĩternis ad externa: seu ab anima siue a spiritu: siue ab animo quodam incorporali. Corpus enim corpus animatum minime mouet. si neq; totum simul corpus: et si inanimatum existat. ESCVLA. Qua ratione id asseris o trismegiste. TRISME. Ligna et lapides: et cætera omnia: quæcunq; animam habent: non mouentur a corporibus esculapi. Quod enim intra corpus mouens ipsum inanimatum: non utiq; corpus illud est: quo mouentur utraque. Et corpus eius: quod fert: eiusque quod fertur. Non illud

quoq; : quod dictum est : animatum est. Ob eã potissimum rationem quod mouet. Nonne ergo perspicis animam tunc onerari maxie : quãdo sola duo corpora substinet? Quinetiã manifestũ est : quicquid mouetur : in aliquo : et ab aliquo stante moueri. ESCVLA. In illo utique mutari oportet : quæ mutantur o trismegiste. TRISMEG. Recte dicis o esculapi. Nihil est in rerum ordine uacuũ. Solũ uero quod non est : quod priuetur existẽtia : uacuum nuncupandum. Nihil enĩ reperiri potest : quod cum existat : uacuũ sit. ESCV. Nonne reperiuntur quædam uacua trisme/giste? ueluti dolium uacuum : uacuus pute/us : et similia quoq; q̃plurima. TRISMEG. Heu q̃procul a ueritate uagaris o esculapi. quæ ampla : et maxime omnium plena sunt : ea tu uacua putas. ESCVLA. Quomodo id o trismegiste? TRISMEGI. Aer profecto corpus est. id corpus reliqua penetrat : discur rensq; replet omnia. Corpus enĩ huiusmodi est : ex corporalibus nõ compositum. Quo fit : ut quæcunq; tu uacua nuncupas : plena sint aeris. Itaq; concaua potius ista : quam uacua

nominari debent. Nam et existunt: ac aeris: spiritusq; sunt plena. ESCVLA. Inuicta atq; indubia hæc est ratio trismegiste. Aer corpus est. id corpus in reliqua permanat. atque influẽs complet omnia. Locum in quo omne mouetur: quid esse dicemus? TRISME. Incorporeum o esculapi. ESCVLA. Incorporeum uero quid est? TRISMEG. Mens ac ratio sese complectens: libera ab omni corporis mole: ab errore aliena: impassibilis: intãgibilis: ipsa sibi assistens: purgans: atq; seruans omnia: Cuius radii sunt bonum: ueritas: principale lumen: primaque animarum forma ESCVLA. Deus quid est? TRISMEGI. Quod nullum ex iis est. horum tamẽ oĩum ut sint: causa. præsens quidem cunctis: præsens etiam unicuiq;: neq; quicquam pmittit non esse. Omnia ex iis: quæ sunt: pcreantur. De nihilo autem nihil prouenit. Nam quæ minime sunt: naturam nullam habent: qua fieri ualeant. contra. ea quæ sunt: naturã nõ habent: per quam aliquando non existant. ESCVLA. Quid igitur ais de non esse aliquando? TRISMEG. Deus profecto mens

non est.at uero ut sis mens:causa est.nec spiritus:sed causa:qua spiritus extat.nec lumẽ: sed causa:qua lumen existit. Vnde deum colere oportet duobus iis cognomentis:quæ soli competunt illi .Cæterorum uero nulli penitus congrunt. Etenim ex iis: qui præter ipsum appellantur dii:seu demones:siue homines:nullus esse tã bonus potest:quã deus unicus. Is enim ipsum bonum est.nec aliud quicquam præter bonum.Reliqua omĩa ab ipsa boni natura secreta sunt. Corpus qdem et anima locum habent nullum: quo bonum capiant.Tam ampla enim est bonitas:quam existentia rerum omnium : tum corporaliũ : tum etiam incorporalium:sensibiliumq; : et intelligibilium :id bonum est:is est deus.Caue itaq; ne quãdo dixeris aliud qcquã bonũ. prophanus enim hic foret error.Neq; etiam dixeris deum aliud quiddam : præter solum bonum.In eandem quippe impietatem incideres.Sermone igitur ab omnibus bonũ pronunciatur. Quid tamen sit:ab omnibus non intelligitur.ideirco deus non cognoscitur ab omnibus. Verum propter ignorantiam.tum

deos:tum etiã nonnullos homines bonos no-minant.Nunq̃ tamen esse boni possunt : nec etiam fieri.Reliqui igitur dii cuncti immortales honorati nomine dei . Deus aũt bonũ nõ secundum honorationem:sed ipsa sui natura.Vna enim dei natura est:ipsum scilic& bonum.Vnum quidem est in utrisque nominibus:unde cuncta genera profluũt. Bonus enim porrigit uniuersa : nec accipit qcquã. Deus exhibet omĩa:capit nihil. Igitur deus bonum:ac bonum deus. Altera dei appellatio:pater est.ob eam causam:quia omnia gignit.Patris enim officium est generare.Quapropter præstans id in uita censetur studiũ: atq; ipsum apud sapientes:procreatio liberorũ.Extrema uero omniũ calamitas et impietas accidit illi:qui absq; filiis e uita decedit. Qua de causa:demonibus dat penas post obitum.Supplicium deniq; huiuscemodi est:ut sterilis anima in corpus quoddam p iudiciũ migret:Cui nec maris nec feminæ natura insit.Quod quidem a sole eleuatum est:atque conuexum.Igitur o esculapi cum homĩe:qui nullos genuit filios:nullũ habeto cõmertiũ.

6 5

Infelicitatis tamẽ eius miſerere: cũ noueris quæ hunc mulcta poſt interitũ maneat. Tot igitur tibi: et talia dicta ſint o eſculapi: ex q̄bus præcognitio quædam omnium naturæ colligitur.

MERCVRII SERMO SACER.

Dialogus 3.

GLoria omnium deus: diuinũ: diuina natura: principium uniuerſorum: deus: mens: natura: actus: neceſſitas: finis: et renouatio. Erat enim umbra ĩfinita ĩ abyſſo. aqua inſuper et ſpiritus tenuis intellectualis: per diuinam potentiam in chaos inerant. Floruit autem ſplendor ſanctus: qui ſub harena et humida natura elemẽta deduxit. Diiq; omnes ſeminalem naturam diligebant. Cũq; indiſtincta fuiſſent: leuia poſtmodum in excelſam regionem prouolarunt: grauia ſub harena humida reſiderunt. Diſtinctis libratiſq; rebus: igneo ſpiritu uehebãtur. Emicuit cœlum ſeptem in circulos. Dii in aſtroꝝ ydeis: cũ ſignis eoꝝ conſpiciebantur. Dinumeratæ

sunt stellae:secundum eos:q inhabitant illas: deos.ambitus amplior cursu suo:aereo circu-lo:conspiranter diuino spiritu uectus.Quisq3 deorum ex interna uirtute asscriptum sibi opus expleuit.Nata sunt ergo uiuentia:qua-drupedia:reptilia:aquatica simul:atq3 uolan-tia.Satio item omnis per semina pululās gra men:herba:atq3 germina florum:sementem qupq3 regenerationis intrinsecus comprehē debāt.Generationem hominum ad diuinoꝝ operum cognitionem:testimoniūq3 naturae: ad imperandum omnibus:quae coelo tegun-tur.ad bonorum discretionem:ad icremētū generis:numeriq3 propaginem.Omnisq3 aīa uelata carnis umbraculo:ad coelestiū deorū discursum suspiciendum:ad opera dei:et na turae progressus:ad bonoꝝ signa:ad potesta-tis diuinae cognitionem.Portio quaedā tur-bida est ad bonorum malorumq3 iudicium: ac bonorum uarium artificium inueniendū. Incipit tamen in illis uiuere.sapientiāq3 nan cisci:ad portionem continue cursus deorum circūeuntium:resolui praeterea in id:in quo ampla extabunt monumenta:admonitiōesq3

artificiorum super terram electis in nomine temporũ herbe generationeq; carnis animatæ. Tabefactus semẽtibus fructuũ opificisq; naturæ et artis reiuuenescent. Deniq;: uesci necessitate: et renouatione deorum: cursuq; circuli numerosæ naturæ. Diuinum at ipsa scilicet omnis conspiratio mundi. natura denuo florescẽte: etenim in ipsa diuinitate natura etiam constitit.

MERCVRII AD TATIVM CRATER SIVE MONAS.

Dialogus 4.^5

[V]Niuersum mũdum uerbo nõ manibus fabricatus ẽ opifex. Ipse uero sic cogita: illũ præsentem. semper agentem oĩa: deũ unicũ uolũtate sua cũcta cõstituẽtem. Id enim eius corpus est. non tangibile: non uisibile: non dimensum: non distans: neq; alterius cuiusquam simile. Nam nec ignis: nec aqua: nec aer: nec etiam spiritus. Verum ab eo hæc pendent omnia. bonũ uero ita est: ut sibi soli id competat. Terram quoq; ornatu

quodā diuini opis exornare uoluit. Dimisit
itaq; hominem mortalis animantis: mortale
animal:et mundus quidem refertus anima-
libus uiuentis mundi per intellectum atque
rationem. Homo enim effectus est diuini o-
peris contemplator. Quod profecto dū admi
raretur:auctorem eius agnouit. Sermonem
qdē o Tati singulis hominibus deus īpertit:
mentem uero nequaquam.non quod inuide
rit:quibus ne utiq; inuidet. Liuor quippe ab
eo non prouenit:sed illa quae habitat cū ani
mis hominum mente carētibus. TATIVS.
Cur o pater.non omnibus deus mentē com-
municauit? TRISMEG. Quoniam uoluit
eam o fili:in medio tanquam certamen:pre-
miumq; animarum proponere. TATIVS.
Vbinam hanc locauit? TRISMEG. Cum
craterem patulum hac implesset:preconem
misit:iubens talia quaedam animis hominū
nunciare. Mergat seipsam in hanc pateram:
quaecunq; potest:quae uidelicet credit cra-
terē animā ad eū:qui demiserat:redditurū.
Quaeue finē noscit:cuius gratia nata fuerit.
Quicunq; igitur praeconum exaudierūt:seq;

miserunt in mentem: ii cognitiōis participes effecti sunt. mentemq; suscipientes: in hoies perfectos euasere. At: qui præconium neglexerunt: hi sermonis quidem particeps: mētis autem expertes: relicti sunt ignorātes. et cuius gratia: et a quo geniti fuerint. Horum præterea: sensus: irrationalis animantis sensuum similes: iraq; et cupidine impliciti. ea quæ sunt digna conspectu: nequaquā admirantur. Nam libidinibus corporis mancipati: horum causa natum hominem arbitrantur. Quicūq; uero dei materia fulti sunt: ii o Tati secūdum operum comparationem: ꝑ mortalibus immortales habentur. intelligentia sua cuncta cōplexi: quæ in terra sunt: et quæ in mari: et si quid est præter ea supra cœlū. Atq; adeo seipsos erigunt: ut ipsum quoque bonum intueantur. Quod sane cum perspiciunt eam: qua hic uescimur uitam: miseriā quandam arbitrantur. Despicientes utiq; tū etiam corporea omnia ad unum solum ferūtur. Hic o Tati scientiā meritus est diuinorum: si contemplatio est intelligentia dei: diuino existente cratere. TATIVS. Equidem

o pater huius crateris latice ablui cupio.
TRISMEGISTVS. Nisi o fili tuũ corpus oderis: teipsum amare nõ poteris. Quãprimũ uero non te: sed deum ipsum dilexeris: mẽtẽ protinus consequeris. hanc denique nactus scientim: ea uestigio nanciscetis. TATIVS. Quonam pacto asseris hæc o pater? TRIS. Impossibile est o fili: utrisq; simul intẽdere. mortalibus uidelicet: atq; diuinis. nam cum duo tantum in ordine rerum ĩueniantur: corporeum: et incorporeum. et illud qdem mortale: hoc diuinum dicatur: electione unius: ãmittimus alterum. Quotiensq; unius cura remittitur: alterius actus intẽditur. Potioris itaq; optio: eligenti decora: nonmodo hõiẽ: qui elegit: deum reddit. uerum pietatem erga deum: cæteris quoq; demonstrat. Deterioris autem electio: hominem quidem ipsum perdit. aduersus autem deum nihil præter id unum delinquit. s. quod quemadmodum pompæ per media transeunt: ipsæ quidem nullius actionis compotes: cæteros aũt impedientes. Haud secus isti pompaꝝ ĩstar uagãtur: atq; oberrãt. ꝓpter corporis uoluptates

Cum hæc igitur ita se habeāt o Tati: diuina officia præcedere: humana sequi debēt. Deus profecto extra culpam: malorum a nobis causa uenit. nam mala bonis anteponimus. Cernis o fili quod corpora cœlestia transcendere nos opus est: quodq; choris demonū abesse ambitumq; astrorum: eorumq; pgressus superare: ut ad unum solumq; deum tendamus. Insuperabile enim bonum est: sine termino: infinitum: quo ad se nūquam incipiēs: quo ad humanam cognitionem: principium habens: Eiusmodi tamen cognitio non eius inicium est: sed nobis: ipsius cogniti pricipiū exhibet. Principium itaq; cōplectamur. Hoc .n. cognito: uniuersa celerrime discurremus. Arduum autem est consueta ac præsentia relinquentem: ad superiora se potioraq; conuertere. Illa enī: quæ oculis cernimus: nimiū nos delectant. latentia: diffidentiam pariunt. Patentia autem sane mala sunt: bonū occultum iis: qui manifestis incumbunt. Nec enī forma eius ulla: nec figura. hac de causa sui tātum simile cæteris: horum uero dissimile. Etenim corpori: incorporeum apparere non

potest:huiusmodi est similis ad dissimile differentia: dissimilisq; ad id: quod simile est. Posteritas Monas.i.unitas omnium pricipiū radix atque origo:absq; uero principio nihil. inicium autem est nō principii:sed alterius. Monas ergo principium: omnemq; numerū continet. A nullo contenta:omnemq; gignit numerum:nullo numero genita. Quicquid utiq;:genitum imperfectū diuiduū crescens atq; decrescens. Ei uero quod perfectum:horum nihil accidit. Id sane quod augescit:uirtute monadis augetur. Euanescit autem imbecillitate propria: cum ulterius monadem capere nequeam. Hæc tibi o Tati ꝓ uiribus: imago dei subscripta sit: quam si diligenter consideraueris:oculisq; internis pronoueris: crede mihi fili:ascensum ad excelsa comperies. Quinetiā imago ipsa te perducet:habet enim uim certam uisio eis:qui intuendi desiderio flagrant.apprehendit:eoq; trahit modo:quo lapis:qui magnes dictus est:ferrum.

MERCVRII AD TATIVM FILIVM SVVM. QVOD DEVS LATENS

SIMVL AC PATENS EST.

Dialogus 5.

NVnc præterea sermonem apud te transigam o Tati: ne precipuū nomē tibi desit. neue ignores id: quod plurimis occultum: uidetur esse pspi-cuum. Nam si nusquam pateat: nihil utique erit. Quodcunq; se offert aspectui: genitum. quod uero latet: sempiternum. Neq;.n. opus est: ut appareat: quādo quidem esse nunquā desinit. Ante oculos quidem id: reliqua po-nit: ipsum uero secretū manet: ut pote quod uita fruitur sempiterna. Etenim phantasia solum: circa quæ genita sunt: uersatur. ī qua præter generationē nihil existit. At unicū id ingenitum: incomprehensibile phātasiæ. Cum uero per ipsum cuncta clarescant: per omnia rursus atq; in omnibus fulget. Hisq; præsertim apparet: quibus ipse notitiam cō-municare uoluit. Tu igitur o fili mi Tati in primis piis precibus obsecra dominū: patrē unicum: unum: et a quo unus: ut sis illius mi-sericordia dignus. Sic tandem deum tātum percipere poteris: si uel unus dūtaxat illius

radius itelligentiæ tuæ benigne refluxerit. Sola siquidem intellectio latens: latentia p/spicit. Itaq3 si mentis oculis inspexeris o Ta/ti: ille tibi: crede mihi: patebit. Deus sane to/tius expers inuidiæ: per singulas mundi par ticulas ubiq3 splendet. atque adeo se notum præstat: ut nõ intelligere modo: sed maibus etiam ipsis: ut ita dixerim: liceat attrectare. Nam undiq3 nostris oculis euis obuersatur: seq3 obiicit et inculcat imago. Quod si ifimũ te laudes: quomodo aut teipsum aut eum in/uenies? Deniq3 cum deum uidere uolueris: suspice siderum ordinem reliquorum. Quis age perpetuum horum seruat ordinẽ? Ordo quidem omnis numeri: loci limitibus termi/natur. Sol deus deorum cœlestium præstan tissimus. Soli cœlites reliqui ueluti principi regiq3 parent. Sol tantus: terra simul amplior atq3 mari: minores tamen supra se stellas in/numeras cõuerti patitur. Quem timet is: quẽ ueretur o fili? Diuersorum siderum sunt mo tus. Quis mẽsurã singulis motionis assignat?

TATIVS. Arcturũ circa idem se ppetuo uertens: totamq3 trahens mundi machinam.

TRISME. Quis hoc utitur instrumento? Quis mare suis finibus circũscribit? Quis terræ pondus sistit: ac librat in medio? Est certe aliquis o Tati: horum auctor: ac domi-nus. Etenim locum: uel numerum: uel men-suram seruare absq; auctoris uirtute: impossi bile est. Ordo fieri a deformitate neqt. Eget autem deformitas a domino: qui ordinẽ pre-beat. Vtinam tibi daretur o fili facultas: ut alarum adminiculo in sublimem aeris plagã uolares. mediamq; inter cœlum ac terram re gionem sortitus: conspiceres terræ quidem soliditatem: maris diffusionẽ: fluxum flumi-num: aeris amplitudinem: ignis actam celeri tatem. O felicissimum fili spectaculum. o be-atissimam uisionem. Siquidem uno luminũ motu: seriem mundi totius comprehẽderes: immobilemq; factorem concitum: latentem quoq; perspicuum cerneres. Quod si per ea etiam: quæ terra substinentur fragilia: et a-quæ profunditate conduntur: deũ artificem inuestigare uolueris: age fili. circonspice hu mani corporis opificium: Cuius admonitiõe perdisce: quis tã pulcher imaginis cõditor.

Quis oculorum pictor: quis nares aurésq; tor nauit. Quis labia distendit oris. Quis neruos tetendit atque ligauit. Quis irrigauit uenas. Quis ossa congessit solida: quis carnem pelli/cula tenui circũtexit. Quis digitos artic'osq; discreuit. Quis fundamenta pedum extẽdit. Quis perforauit poros: atq; meatus aperuit. Quis splenem coegit: atque compressit. Quis pyramidẽ impressit cordi figurã. Quis iecoris porro rexit fibras. Quis pulmonũ sculpsit fistulas. Quis aluo capacem amplitudinẽ tradidit. Quis honoranda corporis membra in propatulo figurauit. Quis obscena in obscuro prorsus abdidit: eaq; aspectu cernentium uoluit secreta iacere. Vide quot diuinæ artis opa in una materia demõstrantur. Singulaq; pulchra: recteq; dimensa. necnõ ꝓpriis ĩuicẽ officiis differẽtia. Quisnã singula finxit? q̃lis mater? qualis pater? nonne hæc solus ipse ĩuisibilis deus cuncta: propria uoluntate: molitus est? Et cum statuam et imaginem absq; fabro et pictore fieri nullus asserere audeat: miram mundi huius constitutionem sine cõditore constituisse putabimus. O cecum ho/

munculum.o nimis impium.o ꝓfundis obru
tum ignorantiæ tenebris. Caue caue inquã
o fili mi Tati:ne unquam artificium priues
artifice. Quinimmo congruo deum nomine
præiuocato.patremq; esse proprium eius ex-
istimato.quod si me quiddam audacius ꝓfer
re coegeris:huius essentiam esse dicam:con-
cipere ac facere singula:quemadmodũ sine
factore fieri quicquam nequit.Ita deum ex-
istere semper nisi semper agat oĩa:ĩpossibile
est.in celso uidelicet aere:terra:mari:in toto
mundo:in qualibet particula mundi:tum in
eo:quod est.tum in eo:quod non extat.Nihil
est in omni natura:quod illeipse non sit. est
ille siquidem:quæ sunt.est ea etiã:quæ mi-
nime sunt.Quæ quidem sunt:deduxit in lu-
cẽ.quæ non sunt:occulit in seipso.Hic deus
nomine melior.hic occultus:hic rursus oĩum
patentissimus.hic menti cõspicuus:hic præ-
sens oculis:hic incorporeus.hic ut ita dixerĩ
multicorporeus.Nam nihil ĩ corporibus est:
quod ipse non sit.Omnia enim ipse solus ex-
istit.Nomina insuper habet omnia:quoniam
unus est pater.Nomen quoq; nullum habet:

quoniã pater est omnium. Quid ergo te laudabit: supra te: an infra te positum? Quo uertam oculos: ut te laudem? supra ne: an infra? ĩtus: an extra? Nun modus: an locus circa te? nun aliud quiddam ex omnibus? In te autẽ omnia: abste omnia: prebes omnia. Nihil deniq; suscipis: omnia quidem habes. Quid aũt non habes: idipsum nihil. Quando uero laudabo te pater? Tempus et momentũ tuum capere non ualemus. Qua potissimum in re laudes cãtabo tuas? Nun in his: quæ creaueris? an ĩ illis: quæ nõ creaueris potius? Nun ĩ his forte: quæ in lucem e tenebris eruisti? an in iis: quæ latent adhuc archano sinu recondita? Per quid tandem hymnos tuo dicabo numini? nuuquid in laudatione tali ego ipse mei iuris existã? an potius alter efficiar? Ipse profecto es: quicquid ego sum. Ipse es: quicquid agam. Ipse es: quicquid denique dicam. Ipse enim es oĩa: neq; aliud præter te quicquã. Quid sane nõ es ipse? Ipse omne: quodcunq; genitũ. es qdẽ intelligens pater: fabricãs deus: efficiẽs bonũ: bona faciẽs oĩa. Materiæ nanq; purissimus aer. aeris aĩa: aĩæ

mens:mentis deniq; deus.

QVOD IN SOLO DEO BONVM EST:ALIBI VERO NEQVAQVAM .AD AESCVLAPIVM.

Dialogus 6.

Bonum o esculapi in nullo ponitur:nisi in uno deo. Immo ipsum bonum deus ipse semper. Quamobrem essentiam omnis motionis atque cognitionis esse deum oportet. Hac essentia orbatum nihil. haec circa se stabilem actum nullius egenũ infinitum:superhabundantem:porrigentem possidet. Vnum id uniuersorum principiũ. bonum porrigens et effundens. bonum quotiens nomino. bonum id:quod omnia bona:et quod bonum semper ĩtellige:hoc unico deo adest. neq; enim cuiusquam indignus est: ut adeptionem illius appetẽdo:malus fiat. neq; iactura cuiusquam in eum cadit unquam:ut post damnum dolore afficiatur. Maior enim portici mali. nec est illo ualidius aliud:a quo expugnetur. In hunc iniuria incidere nulla potest:qua irritatus lacessitusue excãdescat.

Nihil eius iugũ ſubterfugit: quo conteptus indignetur:atq; iraſcatur. Nec eſt ſapientius eo quicquam:quod illi emulationem incuti-at. Itaque cum hæc illi non accidant: nihil eius naturæ præter ipſum bonum reſtitit. Quemadmodum uero nihil eorum:quæ ma-la ſunt:in hac inſunt eſſentia.ita ĩ nullo alio bonum inuenitur. In ſingulis enim reliqua inſunt ſingula.tum in paruis:tum in magnis: tum etiam in iis:quæ ſecundum unum.et in ipſo quoque animali maximo omniũ atq; po-tentiſſimo:quod utiq; paſſionibus genita re-plet. Nam generatio paſſio quædã eſt. Vbi autem paſſio:nullomodo bonum.ubi bonum: non paſſio ponitur ulla.ubi dies: nullomodo nox.ubi nox:neq; etiam dies. Quapropter in generatione bonum eſſe non poteſt. Reſtat itaq; in eo:quod ingenitum:ut autẽ materie conceſſa eſt:omnium participatio. ſit quoq; boni participatione: mundus bonus. bonum dico:inquantum ipſe etiã omnia efficit.Qua quidem ex parte bonus eſt mũdus:in reliqs omnibus non bonus.Paſſibilis enĩ ac mobilis eſt:et omniũ præterea cauſa paſſionum. In

homine insuper comparatione mali:bonum.
Id quippe quod non nimis malum:quodque
minus malum:bonum in hominibus appella-
mus. Quo fit:ut bonum nostrum nihil aliud
sit:quam mali portio minima. Vnde illud et
sequitur.ut bonū huiusmodi:a malo sepatū
esse non possit. Inquinatur enim hoc bonum:
admixtiōe malorum. Infectum uero ulterius
bonum non permanet. Sin minime pmanet:
malum efficitur. In solo igr̄ deo:bonū ipsum
existit. Quare solum boni nomen o esculapi:
natura boni nequaquam. Neq; enim id cape
potest materiale corpus cōfectum undiq;: et
oppressum prauitate:laboribus:doloribus:cu
piditatibus:iracundia:deceptionibus:stultis
que opinionibus:ac nugis. Deterrimū tamen
omnium id cēseo esculapi:quod unūquodq;
horum:quæ dixerim:summum creditur esse
bonum. Fugiendum in primis malum est:uē-
tris luxus:malorum omniū fomes. hic error:
hinc boni priuatio. Equidem ingentes deo
gratias habeo:qui:de natura boni cogitanti:
mihi sententiam hanc certam infudit. quod
in mundo bonum esse non possit. Siquidem

mundus congeries est malorum. Deus autẽ boni:uel bonum:dei exuberans plenitudo. Supereminẽtia quippe bonorum circa essentiam sincere fulgentes atq; purissime. Neq; forte sunt essentiæ dei. Audiendum sane id assero o æsculapi:essentiam dei.si ullã deus habet essentiam:ipsum bonum esse. Pulchrũ uero et bonum in mundo aut in mundi partibus:inuenire nõ licet. Nam quæcunq; sensus mouent:idola sunt.et uanæ quædam admirationes. Quæ uero sensuũ organa subterfugiunt:ad pulchrum bonumque pertinent. Vtq; acies oculi:deum non cernit:sic neque pulchrum bonumq; cognoscit. Hæ siquidẽ partes:dei sunt integerrimæ.illius propriæ cognatæ:inseparabiles: precipueq; dilectæ. ut has ipse deus amat:sic ab his ipse deus amatur.si deum percipere poteris: pulchrum quoque bonumq; percipies.perfulgens omibus:illustratum a deo. Pulchritudo enĩ sine comparatione. Sine mutatione bonum. Deus enim comparationem mutationemq; nullam obmittit. Quemadmodũ ergo deum pulchrũ bonũq; noueris:ita sane:ex cæteris uiuẽtibus

cum a deo se cerni nequeant: nunquã cõmu-
nicãdum. Si deum quesieris: pulchritudinẽ
ipsam quæres: quæ tãdem ad id ferat. unica
uia est: pietas cognitioni coniuncta. Quapro-
pter ignari mortales: et a pietatis semita de-
uii: hominem quoque bonum nominare non
uerentur: cum boni noticiam ueram habere
nullam possit: sed malis irretitus et illaque-
atus sit. malũq; bonum esse censeat. insanabi
literq; malis utatur. eorumq; iacturam: priua
tionemq; formidet. Omnibus deniq; machi-
namentis uiribusq; contendat. ne unico solũ
malo prematur: uerum et in numerum mala
magnitudinemque augeantur. Talia sunt o
Esculapi decora hominum: atque bona: quæ
nec fugere nec odisse ualemus. Omniũ nãq;
difficilimum id existit. ob eam potissimum
causam: quia nos illis uti oportet atq; uesci.
iisq; orbati: uitã agere nullomodo possimus.

QVOD SVMMVM MALVM HOMINIBVS IGNORARE DEVM.

Dialogus 7.

QVo ruitis mortales ebrii: q merũ ignorantie combibistis? Cum id ferre nequeatis: euomite. Viuite sobrii: oculis mentis inspicite. Quod si minus potestis oẽs: saltẽ q possunt: id agant. Ignorantiæ pestis omnem terram subuertit. animamq; corrumpit corporis uinclis inclusam. neque sinit eam salutis iter asciscere. ne permittite uos ĩ lacũ corruptiõis mortisq; submergi. Respirate iam respirate: ad fontem uitæ recurrite. Illumque: qui uos introducet in aditum ueritatis: capescite. Ibi fulgidum lumen: nullis immixtum tenebris. ibi nullus ebrietate delirat: sed omẽs sobrii uigilant: atque mentis oculis eum: q uideri uult: acutius intuentur. Is nec auribus percipitur: nec cernitur oculis: neque sermone ꝓfertur. Sola mens eum ꝓspicit: sola mens predicat. In primis autem oportet uestem: quam circũfers: exuere. Indumentum inscitiæ: prauitatis fundamentum: corruptionis uinculũ: uelamen opacum: uiuam mortem: sensitiuũ cadauer: sepulchrũ circũuertile: domesticũ denique furem. Qui dum blanditur: odit. dũ

odit:ꝑuidet.huiuſcemodi eſt:quo circũtege-
ris umbraculum inimicum. Ad ſeipſum te
deorſus raptat.ne forte conſpiciens ueritatis
decorem:ac proximum bonum:huius oderis
prauitatem. neue huius inſidias: quas in te
aſſidue machinatur:aliq̄ndo præſentias. hoc
aciem interiorum ſenſuum hebetat:et obtū-
dit.Craſſa illam materia ſuffocat:abhomina-
bili faſtidioſaque ebriat uoluptate.ne audias
unquam:neue perſpicias ea:quæ iure et au-
dienda ſunt:et in primis inſpicienda.

NIHIL EORVM QVAE SVNT IN-
TERITVS:SED MVTATIONES:DE
CEPTI HOMINES INTERITVM
NOMINANT.AD TATIVM.

Dialogus 8. 5

D E anima et corpore o fili dicen-
dum. quonammodo immortalis
anima:quantaq; ſit agendi uirtu
te:in cōcretiōe:diſſolutiōeq; corporis. Mors
ad horum nullum attinet. Thanatos enim.i.
mors conceptus quidem eſt mortalis appella
tionis:uel uanum quiddam:uel ꝑ ablationē

primæ litteræ. thanatos.i.mors.pro eo:quod dicitur athanatos.i.immortalis. Thanatos enī interitum significat. At nihil eorum:quæ in mundo sunt:interit. Si enim secundus deus est mundus:nec non immortale uiuens:īpossibile est immortalis animantis partē aliquā interire. Quæcunque mundo insunt: mundi sunt membra.homo præsertim animal rationale.Primus omnium uere sempiternus:immortalis:ingenitus deus omnium auctor.Secundus deinde ad illius imaginem: mundus ab eo genitus.et ab eodē seruatus:nutritus: et immortalitate donatus.uelut a ꝓprio prē uiuens quidem semper:et immortalis. etenī semper uiuens quidem:semper et īmortalis. etenim semper uiuens:et sempiternum:hoc inuicem differunt.quia sempiternum qdem ab altero factum non est.sin autem:fiebat a seipso:nō ab aliquo factum fuit.qa fit semp. Sempiternum enim quatenus sempiternum est omne:pater autem ille suiipsius sempiternus. At uero mundus:a patre semper uiuens immortalisq; factus. Quantumq; materiæ fuerat subiectum patri: pater ipse corporeum

agens et in molem congregans:id totum ſpi-
cum reddidit. Imprimens qualitatem mate-
riæ exiſtenti immortali : rationeq; materiæ
ſempiternum habenti. Plenis autem ideis oī-
bus:qualitates pater miſerēs in ſperā: uelut
in girū:omni qualitate circnnſcripſit. Exor-
nare autem uoluit id:quod poſt ipſum ē. q̄ſi
immortalitate fulciēs omne corpus.ne mate
ria ab huius congreſſu diſcedere uolēs:ī ſuā
deformitatem iterum reſoluatur. Quando.n.
īcorporea erat materia o fili:deformior erat.
habet hec quoque materia q̄litates quaſdā
exiguas:reuoluta creſcēdi pariter:et decreſ-
cendi natura:quam homines mortem uocāt.
Huiuſcemodi autem confuſio circa terrena
uiuentia. Cœleſtium quippe corpora unum
atque eundem ſeruant ordinem:quē ſcilic&
primū a patre ſuo ſortita ſunt. Seruatur aūt
ipſe a reſtitutiōe cuiuſq; īdiſſolubilis. Reſti-
tutio uero conſtitutionis corporum terreno-
rum:ipſaq; diſſolutio in corpora diſſolubilia:
et immortalia reſtituitur. Atq; ita ſenſus pri
uatio fit:non deſtructio corporum. Tertium
quoq; animal homo ad imaginē mūdi geitus

ſecundum patris uolūtatē ſeſe habens:præ- ter cætera terrena uiuentia: nonmodo cum ſecundo deo cognationem habet: uerū etiā intelligentiam primi. Secundum plane deū utpote corporalem ſenſus comprehēdit. Primum uero deum: ut incorpoream: bonamq; mentem mente cōſurgit. TATIVS. Id ergo animal nonne deſtruitur? TRISMEGIS. Melius melius ominare o fili: ac inſuper meditare quid deus: quid mundus: quid animal īmortale: quid animal diſſolubile. Scito quoque mundū a deo ſimul atque in deo: hominem uero a mundo et in mundo conſiſtere. Principium autem comprehenſioq; omnium et conſtitutio deus.

QVOD IN SOLO DEO PVLCHRū AC BONVM: ALIBI VERO NEQuA QVAM. AD AESCVLAPIVM.

Dialogus 9.

HEri o æſculapi perfectam edidi orationem. In præſentiarū autē neceſſarium eſſe arbitror: ut de ſenſu breuiter diſſeramus. Senſus ac motus ī

hoc potissimum discrepare uidentur: qa hic quidem secundum materiam: ille autem se/ cundum essentiam est. mihi tamen uterque conuenire uidetur: neque distingui in homi nibus ratione. Intus animantibus sensus nūc unitus est: in hominibus autem intelligētia. Ab intelligētia quidem intellectus differt: queādmodū a diuinitate deus. Diuinitas enī a deo: intelligentia uero ab homine ꝓuenit. Hæc sermonis est soror. aut utraque sibiīui/ cem instrumenta. Nam neque sermo absque intellectione pronunciatur: nequeītellectio absq; sermone prodit in lucem. Quamobrem sensus et intelligentia in homine: tanquam connexa conspirant inuicem. Neq; enī sine sensu intelligere: neq; sine intellectione sen tire ullomodo possumus. Intellectionē tamē absq; sensu intelligere possibile est. istar eoꝝ: qui in somnis phantasmata uident: tn̄ quoq; uidentur utræq; operationes insomniorū ui/ sionibus exterius: sensu autem ex somno in uigiliā suscitari. In animā præterea corpus: homoq; unitur. quotiensq; uterq; sensus par/ ticule sibi consentiunt: tunc intellectio con/

cepta mente disponitur. Mens oēs notiones concipit. bonas quidem: quotiens a deo semē infunditur: contrarias autem: cum a demonibus quibusdam spermata iaciuntur. Nulla profecto mundi pars est demonum præsentia destituta: horum lumen ab ipso deo totū descēdit. Demum deniq3 transfusus in hominem: semina proprie orationis īspergit. Mēs autē conspersa seminibus pregnans inde parit adulteria: stupra: homicidia: patricidia: sacrilegia: diuinorum contemptum: iugulationes: euersiones urbium: pestes hominum: et reliqua omnia quæcunq3 malorum sunt opa demonum. Dei plane semina pauca: at illa q̄dem magna: pulchra: bona: uirtus. s. temperantia: pietas. pietas autem dei cognitio. Deum qui recognoscit: bonis refectus omnibus: notiōes diuinas assequitur. notiōes inquā haud multorum similes. Quadecausa si qui huic se cognitioni dedicant: nec ipsi uulgo placent: nec uulgus illis. Insanire demum putantur: risumq3 reportant. Interdum etiam odio habētur: cōtumeliis afficiūtur: uitaq3 priuātur. Improbitatem enim hic habitare diximus:

terramq; illius esse prouinciam. Terrā dico non mundum totum: ut impii quidem oblo/quuntur: uerumtamen homo deo deuotus: q primum diuinam pregustauerit uisionē: ob/liuiōi reliqua omnia tradit. atq; aetiam: quae reliquis hominibus mala sunt: huic ut bona continguut: consulanti prudenter: et ad sci/entiam singula referenti. quodq; mirandum est: mala semper in bona penitus cōuertēti. Sed iam ad sermonem de sensu iterum rede amus. humanum est: sensum cum ītellectiōe coniungere. Nam omnes: ut supra retuli: ho/mines intellectiōe fruuntur. Caeterum secū/dum materiam unus: alter secundum essen/tiam. Qui enim prauitatis seruus est materi alis: a demonibus quoq;: ut diximus: ītelligē di semen accepit. At si qui bonitatis animae sunt: horum naturam ipse utatur. Deus enim omnium auctor: efficiens autem omnia: sibi ipsi consimilia reddit. Haec tamē genita bo/na in operationis usu sterilia. Mundi namq; reuolutio generationes exagitās: qualitates efficit. Quasdam inficiens: maloque fedans. Quasdam defensans: bonoq; purgans. Mūdus

o æsculapi sensum motumque possidet. non humano sensui motuiq; consimilem: sed potentiorem sane atq; admodum simpliciorẽ. Nam sensus et intelligentia mundi: id unũ est. Cuncta scilicet facere: ac facta resoluere. Diuinæ uoluntatis organum: hac potissimũ ratione cõstructum: ut a deo semina suscipiens uniuersa: eaq; tuto sinu recondens: omĩa quidem componendo producat. omĩa rursus auferat diuidendo: atq; instar agricultoris periti: quodcunq; nimis adultum est: amputat. ut statutis temporum interuallis: reuirescat. Nec est quicquam: cui uitam mundus ipse non prestet. Simulq; uite locus est: est atque etiam institutor. Corpora uero ex materia ĩdifferentia constant: horum quædã ex terra: quædam ex aqua: ex aere alia: ex igne quoq; permulta: uniuersa certe composita. Quædã tamen congesta magis: nonnulla uero simpliciora. Illa grauia: hæc leuia. Velocitas autẽ agitationis: illius uarietatem generationem qualitatis inducit. Spiratio enim crebra existens: corporibus qualitatem: una cum suphabundantia uitæ: suppeditat. Deus igitur

Cosmi.i.mundi pater. Cosmus autem eorũ: quæ in cosmo: et cosmus quidem dei filius. Quæ uero in cosmo: sub cosmi ditione cõsistunt. ac iure Cosmus appellatus est. Omnia siquidem uarietate generatiouis Cosmi .i. exornat. necnon indesinentia uitæ: opatiõe perpetua necessitatis: celeritate elemẽtorũ: commixtione: ordine genitorum. Ipse igitur Cosmus.i. ornatus: necessitate simul et merito nominatus est: animantium omniũ sensus et intellectio. Quæ ex externis influunt ab eo: quod continet inspirata. Cosmus autem quæcũq; ab ipsa origine suscepit a deo: perpetuo seruat. Deus profecto: non ut qbusdã uidetur: sensit. menteq; captus est. Ii enĩ miseri pressi: perperam obloquuntur. Quæcũq; sunt o æsculapi in deo simul: atq; a deo pendentia: partim per corpus agẽtia: partim mouentia per essentiam animalem: alia per spiritum uiuificantia: alia uero receptacula defunctorum. Rectius autem dicemus deum talia non habere: sed ut ueritatem liquidam exprimamus: ipsum esse cuncta fatebimur. Nec ea quidem ab extimis cape: ad extima

i: mondo grande

nihilominus porrigentem. Id est sensus et i-
tellectio dei. Vnde nulli unquam futurum est
tempus: in quo existentium aliquid i nihilū
euanescat. Quotiens uero existētia dico dei:
dico thesaurum. Nam existentia ipse deus am-
plectitur. Extra hūc nihil ē. Extra nihil ipse.
Hæc tibi o æsculapi intelligenti: uera uide-
buntur: ignoranti autem: incredibilia. Intelli
gere enim ipsum credere est. at non credere:
proculdubio ignorare. Sermo siquidē meus
ad ueritatem usq; cucurrit. Mens quoq; am-
pla: et a sermōe ad certum quiddā deducta:
ueritatem attigit. Deniq; cōprehendens oīa:
eaq; inueniens consona illis: quæ interpreta
batur e uestigio credidit: et in ipsa fide deco
ra fœliciter reqeuit. Quæ igitur de diuinis
dicuntur: intellecta creduntur quidem: non
intellecta negantur. Hæc autem de itelligē
tia dicta sufficiant.

MERCVRII TRISMEGISTI CLA-
VIS. AD TATIVM. dialogus 10.

Esternum o Esculapi sermonem
asscripsi tibi. Vnde æquum est
hodiernum Tatio dedicare: eoq;

Mercurius Termegister. homo potius diuinus, quam

magis id operepretium: quo disputatio præ-
sens: omnium ad illum a nobis antedictorum
cõpendiaria quædã summa futura est. Deus
et pater et bonum o Tati naturam eandem:
immo eundem actum habent. Illa siquidem
augmẽti: diminutionisq; appellatio est: quæ
circa mutabilia et immutabilia. i. humana et
diuina uersantur. Quorum unumquodq; ille
uult esse: alibi uero actum: quemadmodũ in
aliis demonstrauimus: diuinorum atq; huma-
norum: quæ quidẽ in hoc intelligere neces-
se est. huius actus uolũtas est: huius essentia
uelle cuncta subsistere. Quid est deus et pr̃
et bonum? nisi ipsum esse horũ omniũ nõdũ
existentium? Quin etiam existentia ipsa ho-
rum dum sunt: id deus: id pater: id bonũ: cui
nihil aliud ex omnibus applicatur. Mundus
enim ac sol eorum: quæ sunt secundum par-
ticipationem pater: non tamen uiuentibus
uitæ bonitatisq; causa. Quod si hoc ita se ha-
beat: comprehensus agitur a uoluntate boni:
sine qua: nec esse unquam: nec fieri potest.
Cum filiorum pater. tum procreationis. tum
etiam alimenti: per solum appetitum boni

Fenmang +

suscipiēs. Nam bonum actiuum est:id alteri
conuenire:quam illi nequit. Quod cum acci-
piat nihil:uniuersa uult esse. Nō dico o Tati
uniuersa facit:faciens enim longo quodā tē-
pore:deficiens ac indignum est. Siquidem i-
terdum facit:interdum cessat:egenū quidē
et quantitatis:pariter et qualitatis. Nōnunq̄
qualia et quanta disponens:alias horum con
traria. Deus autē et pater et bonum:eo ipso
quod omnia est. Tale igitur ei quidem ista
precipere potest. Etenim hoc uult esse:et ē.
Et ipsum maxime uero ipsi:nam cætera oīa
propter ipsum. Proprium quippe boni:o Ta-
ti sese notum prebere:id bonum est o Tati.
TATIVS. Visionis pater bonæ et pulchræ
nos participes reddidisti. Vnde meæ mētis
oculis uisiōe quasi iam expiatus est. TRIS.
Neque uero quemadmodū solis radius:ful-
gore nimio:corrumpit oculos:calligantesque
reddit:sic ipsius boni conspectio. Illustrat
enim:atq3 oculi lucē eo magis exauget: quo
quis capere magis potest intelligibilis splen
doris influxū. Velocior est et acutior diuina
lux ad penetrādū:inocētiaq3 et imortalitate

singula complens. Qui nitorem hūc a corpore uberius haurire possunt. Obdormiunt sæpenumero a corpore ad aspectum pulcherrimum: quemadmodū Celius et Saturnus nr̄i progenitores assurgunt. TATIVS. Vtinam et nos pater. TRISMEG. Vtinam o fili. Adhuc tamen ībecilliores sumus ad conspiciēdum. Tunc autem poterimus mentis oculos eleuare: bonumq; decorem incomprehensibilemq; prospicere: cum nihil de illo prorsus dixerimus. Eius cognitio diuinum silentium est: et intenta omnium applicatio. Qui id intelligit: nil potest aliud cogitare. Qui id meretur: nil præter ipsum aliud intueri. Qui id audit: nil audire post ipsum: neque corporis etiam sui membra mouere. Vniuersis ꝑfecto corporis sensibus motibusq; solutus: intrepidus agit. Nam qui totū circūlustrat undiq;: mentem totam quoq; irradiat: animā abstrahit totam a corpore: totā in essentiam deniq; dei transfigurat. Impossibile enī o fili animā hominis: in corporis fece iacentem: diuinam assumere formam. Neq; licet etiam dei pulchritudinem contueri: nisi quis ante in deū

fuerit reformatus. TATIVS. Quonā pacto
id dicis o pater? TRISMEGI. Oīs animæ
distributio o fili. TATIVS. Mutatiões aūt
quonā modo iterí distribuētes? TRISME.
Nun in iis quæ generatim diximus audisti:
quemadmodum ab una mundi totius anima:
uniuersæ profluunt animæ per omnē mun-
dum: tāquā distributæ circūcurrētes? Har
utiq3 animarum mutationes permulte: parti
sane in melius feliciusq3: partim autem in cō-
trarium. Nam reptilium quædam: in aq̄tilia
transmutantur: aquatilium animæ: in terres-
tria migrant: terrenorum in uolatilia scādūt:
aereorum uertuntur in homines: hominum
deinde immortales animæ: in demones tran-
seunt: demum in deorum chorum fœliciter
reuolant. Chori deorum gemini. uagantium
unus: non uagantium alter. Atq3 hæc est su-
prema animæ gloria. Anima uero in corpus
humanum delapsa: siquidem mala perseuera
uerit: non gustat immortalitatis gcquā. neq3
bono etiam fruitur. Reuoluto autem itinere
in reptilia precipitās: hæc utiq3 adiudicatio
penaq3 est aīæ malæ. Prauitas aīæ: ignorātia.

Anima naturæ rerum bonique inscia:orbata oculis:corporis sese passionibus implicat. Aia Cacodemonis .i.mali demõis ritu corrupta:seipsam ignorans:abiectis corporibus:mõstrisq; deformibus:seruit. Corpus suũ uelut onus infestũ circũfert:non presidẽs corpori: sed ob ignorantiam subiugata. Contra uero uirtus animæ cognita ẽ. Eruditus.n.re uera: bonus:pius:diuinus. TATIVS. Qui hic est o pater? TRISMEG. Qui nec loquitur:nec audit multa. Qui duobus sermonibus:seu dicendis siue audiendis:intendit.et pugnat in tenebris. Nam deus:et pater:et bonum.nec lingua pronunciatur:neque percipitur auribus. Cum hæc igitur ita se habeant ĩ oĩbus: quæ sunt ex eo:quod seorsum ab illo esse nequeunt:sensus insunt. Inter cognitionẽ aũt: ac sensum:multum interest. Sensus enim superantis motus existit.cognitio:scientiæ terminus. Scientia dei donũ siquidẽ.uuaquæq; scientia incorporea mente utens ut organo: mens autem corpore. Quamobrem utraque ĩ corpora:tum intelligibilia:tum etiam materialia:recurrunt. Ex oppositione enim et cõ-

trarietate constare omnia necesse est:neque
aliter se habere possibile ē. TATIVS. Quis
igitur materialis iste deus? TRISMEGIS.
Mundus:pulcher quidem:non tamē bonus.
etenim ex materia cōstat:passionibusq; subii-
citur. Primusque est eorum:quæ patiuntur.
Secundus autem eorum:quæ sunt. Indigus:
præterea suapte natura factus:aliq̄ndo semp
existens:consistens in generatione atq; geni-
tus:qualitatumq; et quantitatum omniū ge-
nitura. Mobilis enim. Omnis autē materialis
motio:generatio dici debet. Intelligibilis
quoq; status hoc pacto:motum materialem
agitat. Quoniā mundus spera est.i.caput.nec
supra caput materiale quicquam. Quēadmo-
dum neq; aliud sub pedibus intelligibile:at
materialia cuncta. Mens uero caput ī circulū
agitatum.i.secūdum naturam capitis motū.
Quotcūq; igitur contigua sunt:capitis illius
pellicule:quæ sane anima est:īmortalia nata
sunt:quasi corpus sit in anima constitutum:
animamq; habentia:plena sunt corpore. Verꝫ
quicquid a pellicula procul ī qua sunt:quæ
magis participant anima:corpus existit. totū

uero animal est. Itaque mundus ex materiali quodam et intelligibili: compositus est. Mũ/dus animal primum: homo secundũ: post mũ dum: animal. Primum autem animalium re/liquorum. quodcunq; uero anime munus cõ ceditur aliis: homo quoque possidet. Neque solum non bonus sed malus etiã: utpote mor talis perpenditur. Mundus enim non bonus: quia mobilis: non tamen malus: quoniam im/mortalis. Homo autem tum quia mobilis: tũ etiam quia mortalis: malus esse cẽsetur. Aĩa hominis in hunc uehitur modum. Mens in ratione. ratio in anima. anima in spiritu. spũs in corpore. Spiritus per uenas arteriasq;: san/guinemq; diffusus: animal undiq; ciet: molẽq; corporis suspensam substinet: atq; circũfert. Vnde decepti quidam: humorem sanguinis: animam extimarunt. Nos plane latuit. quia ĩ primis oportet spiritum ad animam usq; ma/nere. deinde sanguinem coalescere: uenasq; et arterias cauas extendi: demum resolui ani mal: eamq; mortem corporis esse. Ex uno aũt principio cuncta dependent. principium: ex uno atq; solo. Et principiũ quidem mouetur:

ut rursus extet principium. Ipsum tamẽ unũ prestat: nec ab unitate discedit. Tria igr̃ hæc sunt: Deus pater bonũ: et mundus: et homo. Mundum deus habet: mundus hominẽ. Mũdus dei filius: homo genitura mundi. Neque enim ignorat deus hominem: sed curam eius habet. ab eoque cognosci se uult. Hæc unica salus homini: cognitio dei. Hæc ad olympũ ascensio. Ex hoc uno dumtaxat anima bona: neque interdum quidem bona: alias autem mala. at secundum necessitatem. TATIVS. Quomõ id asseris o mi Trismegiste? TRIS. Hoc inquam assero. animam pueri contẽplari seipsam: nõdum ex natura sua propter corpus egressam: nondum enim corpus omnino compactum est: ac seipsam undiq; pulchram conspicere. Nam haud corrupta est adhuc a corporis passiõibus: mundi totius aĩa tuncq; dependens. Cum uero cõpactum est corpus: animamq; in sui molẽ dispergit: et distrahit: tunc illa obliuioni subiicitur: pulchrique ac boni uisione priuatur. Obliuio autem ipsa ĩprobitas est. Idẽq; accidit iis: qui egrediũtur ex corpore. Recurrente. n. anima in seipsam:

ſpiritus in ſanguinem:anima in ſpiritum con
trahitur.Mens a uelaminibus libera et diui/
na exiſtẽs:ſuapte natura igneum ſortita cor/
pus:per loca omnia circũuagatur. animamq;
iudicio iuſto ac merito ſupplicio dereliquit.
TATIVS.Quo pacto id ais o pater? TRIS.
Mẽs quidem ab anima:anima uero a ſpiritu
ſeperatur.Indumentum mentis anima.Indu/
mentum animæ ſpiritus.Cointelligere opor
tet o fili cum dicente auditorem:atq; cõſpi/
rare:auditumq; acutiorem uoce dicẽtis hr̃e.
Harum o fili ueſtrum cõuolutio in corpore
terreno conficitur.Siquidem nudam ſecũdũ
ſe mentem in terrea ſiſtere mole penitus im/
poſſibile.neq; enim potis eſt terrea fex mẽtẽ
adeo diuinam ſuſcipere:neque tãtũ numen
patibili confirmatum corpore ſuſtinere. Aſ/
ſumpſit ergo mens animam uelut amictum.
Quin etiam anima diuina exiſtens uehiculo
ſpiritus utitur.Spiritus animal totũ pcurrit.
Itaque cũ primum mens a terreno corpore
ſoluitur:proprium mox ſubit amictũ igneũ:
uidelicet corpus:quo ſane quãdiu circũtecta
eſt:in terreũ corpus turgeſcere neqt. Terra

nāq; ignem minime ſuſtinet:tota ſiquidē ab exigua ſintilla cremaretur. Quadecauſa terrenæ moli circūfuſus eſt humor: q̄ſi quoddā ad combuſtionem ignis obſtaculum:qui cum acutiſſimus ac uelociſſimus ſit omnium diuinorum conceptuum:ſingulorum comprehēdit elementorum corpora.Eteni ipſe cœloꝝ artifex:igne potiſſimum ad ſuam fabricā utitur.Opifex quidem totius:utitur omībus.oīs autem faber iis:quæ ſunt circa terram . orba nāq; igni mens hominis:ad humanāq; diſpoſitionem dumtaxat idonea:diuina cōſtruere nequit.Humana certe anima:non oīs quidē: ſi pia:beataq;:diuina:poſtquā uero huiuſcemodi anima per mortē a carcere corporis eſt exempta:cum omnis ſubierit uirtutis: pietatiſq; mandata:certe aut mēs:aut deus efficitur.Certamen autem religioſæ pietatis:hoc eſt.Recognoſcere deum:iniuriam īferre nemini.anima tamen impia in natura ꝓpria remanet:ac ſeipſam nimiū cruciat:corpus querit quod ingrediatur terrenum et humanū. Aliud quippe corpus quā humanum:animā non capit humanam:neque fas eſt in corpus

animantis ratione carentis:animam rōnalem corruere.Lex enim diuina generationē tam nephariam prohibet. TATIVS. Quo igitur modo cruciatur o pater hōis anima? Quodue suppliciū huius animæ grauius? TRISME Impietas o fili mi Tati:cuiusnam ignis ardē-tior flamma:quam impietatis est? Quænam fera mordax ita corpus lacerat: ut īpietas la-niat animā? Nōne uides quot malis animus premitur impius? Heu sic fili uociferatur ī-pius animus. Vror:absumor:quid agā nescio. Deuorant me miserum mala undiq; conflu-entia:non uideo quicquā:heu miser:non au-dio. Tales afflicti sunt animi uoces. Talis na turæ congrua mulcta: non qualem tu forte fili:et alii quidā arbitrantur:quibus uidetur anima nostra:postquam est humanum exuta figuram in corpora degenerare brutoꝝ. Hic enim impius error: uerum castigationis eius modus alter. Mens utiq; cum demon effici-tur: ad obsequiū dei iubetur igneum capes-cere corpus:inde in animam transfusa nepha riam:causam flagellis uerberat peccatorum. his aīs uerberatus iniquus ad neces:cēuitia:

obiurgia:rapinasq; uarias sese uertit.ad ea de/
niq; per quae delinquunt homines:uniuersa
delabitur. At cum in sanctã mens influit ani
mam:extollit illam ad sapientiae lumẽ. Haec
anima postmodum nunquam somni torpore
languescit:sed et uerbis pariter:et operibus
humano fert opem generi:iuuatq; modis oĩ/
bus suum semper emulata parentem. Quam
obrem oportet o fili nos agentes deo gratias:
obsecrare:ut bonae mentis participes efficia/
mur.in melius quidem anima migrat:in de/
terius nunquam. Est etiam animarum cõmu
nio quaedam deorum. animae communicant
hominum animis. Deus se communem sin/
gulis exhibet.prestantior enim cunctis ille.
Cuncta autem illo sunt imbecilliora. Mun/
dus deo:homo mundo:homini brutum subii/
ciatur. Deus super omnia est:et circa omnia.
Dei radii actus existunt:mũdi radii sunt na/
turae:radii uero hominis artes atq; scientiae.
Per mundum exercentur actus:iiq; ĩ hoĩem:
per mundi radios naturales descendũt. Na/
turae per elementa:homines per artes atque
scientias. Haec utiq; mũdi totius admĩstratio



ex unius natura dependens:perq; unam ma-
teriem recte discurrens: qua nihil ualidius:
nihil diuinius:nihil deniq; magis unitũ. Ho
minum ad deos:ad homines deoꝝ cõmunio.
Iste bonus est dæmon:anima:quæ hoc plena
est:beata est.misera uero:uacua. TATIVS.
Quanam ratione id ais o pater? TRISME.
Scito mi fili:quia anima omnis habet ipsum
bonum pro mente. De hac enim præsens no
bis est sermo:non de ministro huius:quẽ su-
pra diximus:ex iudicio demissum ad iferos.
Anima:mentis præsentia destituta:nec age-
re quicquam:nec dicere potis ẽ. Sæpe uero
mẽs extra animam: quo quidem in tempore
nec audit:nec uidet anima:sed animali simi-
lis est ratione carenti. Tanta est potentia mẽ
tis:quæ animam huiusmodi deserit: implici-
tam corpori:et ab eadem tractam ad infera.
Talis anima fili mi mentem nullam habet:
Ideoq; nec hominem hunc appellare phas ẽ.
Homo siquidem animal est diuinum:nec est
cum terrenis brutis:sed cum diis coelestibus
comparandus. Quinimmo si audendũ ẽ ueꝝ
fateri:homo uerus uel coelicolis ẽ prestãtior:

uel saltem pari sorte potitur. Etenim quicunq; coelitum descendit ad terram: coeli limitem deserit. Homo autẽ ascendit in coelum: illud-que metitur. Nec eum fugit: quae ima sunt: quaeue sublimia. Ac reliqua omĩa diligẽter inquirit. Quodque maius est terram quidem haud dimittens: in coelum attollitur: tam am-pla est humane naturae potestas. Quãobrem: audendũ est dicere. hominem quidem terre-nũ: deum esse mortalem. Deũ uero coelestẽ: immortalem hominem. Itaq; horum uirtute duorum: hominis scilicet ac mundi: gubernã-tur singula. uni demum cuncta subiiciuntur.

.MENS AD MERCVRIũ.

dialogus ii.

DEsine tã diu disserere o Trisme-giste Mercuri. Sile: iam ante di-ctorũ reminiscere. Etenim sensum tibi meũ non pigebit exprimere. eoq; magis: quo m̃lte et uarie inter mortales: de mundo deoq; opi-niones pererrant. TRISMEG. Equidem ut ingenue fatear huius rei ueritatem: nondum teneo ipse. ergo mi domine puram exprime

ueritatem. nam unicū te elucidare talia pos-
se cōfido. MENS. Audi me igr̃ o fili. Tpūs:
deus: et uniuersum: sic se habent. Deus eter-
nitas. tēpus generatio. Deus eternitatē: eter-
nitas mundum: mundus tempus: tempus ge-
nerationem efficit. Dei quasi essentia est: bo-
num. pulchꝛ. beatitudo. sapientia. æternitas.
essentia. ipsum idem. mūdi ordo. tēporis trās-
mutatio. generationis mors et uita. actus. dei
mens et anima. æternitas. perseueratio. atque
immortalitas. mundi institutio et restitutio.
temporis augmentum. et diminutio. genera-
tionis deniq; qualitas. Aeternitas ergo ī deo.
in æternitate mundus. tempus in mundo. In
tempore generatio. æternitas extat circa de-
um. Mūdus in æternitate mouetur: tempus
terminatur in mundo. generatio cōplectitur
ī tempore. fors itaque omnium deus. essentia
uero æternitas. Opus æternitatis est mūdus.
factus quidem non aliquando: factus autem
semper ab æuo. Cum uero nunquam cesset
æuum: nunquam cessabit et mundus. Cumq;
sit mundus æternitate comprehensus: nulla
mūdi pars īterit. TRISMEGISTVS. Dei

uero ſapientia quid eſt? MENS. Bonum: pulcrhrum:beatitudo:omnis uirtus et æuū. unde immortalitatem preſtat æuum:pſeuerantiam materiæ tradens. Origo enī materiæ pēdet ex æuo:quemadmodum ex deo æuū. Generatio quidem ac tempus naturæ geminæ. et in cœlo ſunt et in terra. in cœlo ſane imutabilia ſunt. Hæc duo atq; immortalia:in terra mutabilia corruptiōiq; obnoxia. Aeternitatis anima deus eſt:anima mundi æternitas:terræ anima:cœlum. Deus in mente:mēs in anima:anima autem in materia. omīa uero iſta per æuum:totum hoc corpus:in quo corpora omnia:anima mente:deoq; plena:ītima mundi replet:cōplectitur extima:uitā oībus hæc ſugeret. extrinſecus quidem:īgenti huic perfectoq; animali mundi:intrinſecus autem cæteris quæ īſunt mūdo uiuētibus. Supraq; in cœlo:quod idē eſt:omnia ſiſtens. infra uero in terra:generationem agitans. Mundum profecto cōtinet æuum. ſiue per neceſſitatē: ſeu prouidētiam:uel natura. Et ſiquid aliud quis cogitat:uel etiam cogitabit unquam:id omne deus agit. Actio dei poteſtas īſupabil:

cum qua nec humanam:nec diuinam ullam comparare quis audeat. Caue igitur o Mercuri.ne quid infernorum:ne quid etiam supnorum dei simile cẽseas. nam a uirtute penitus aberrares. Nihil quippe simile est: quod dissimile solumque et unum est. Neque cuipiam putes eãdẽ:quæ deo uim adesse. Quid enim post illum tale:et ad immortalitatẽ: et ad qualitatis transmutationem? quid autem præter hoc aliud deus efficiet? neque enim ociosus est deus:nam ociosa forẽt omnia. Cũcta siquidem plena sunt deo: ocium uero in nullis mũdi partibus reperitur. nomẽ ꝓfecto uanum est ocium. tum secundum id quod agit:tum etiam secũdum id quod agitur: uniuersa fieri necesse est. ac semper fieri secũdũ loci cuiusq; naturam. Agens nõ uni præsens est tantum: sed omnibus. nec unũ dumtaxat uerum uniuersa producit. Nam efficax existens in se ipsa potestas: in iis quæ facta sunt minime sufficiẽs est. Sub ipsa enim sunt opa ab illo progenita. Age: contemplare: prome subiectum tuo cõspectui mundum: atq; eius diligenter circunspice formam. inuiolabile

31

corpus:quo nihil antiquius.per omne qdem adultum ac uirens. Inspice praeterea mūdos septē suppositos:ornatu mirifico fabricatos: ordine sempiterno:cursu suo differenter cō-plentes æuū:plena lumine singula:ignis uero in illis nullo modo. Amicicia enim cōtrariorum:dissimiliumq3 commixtio.lumē instituit illustratum ab actu dei:bonoꝝ omnium genitoris:totius ordinis principis:septemq3 mundorum ducis eterni:lunam uero caeteris præcurrentem:naturæ organum:inferiorem materiam transmutantem. Terram in mūdi medio sitam:pulchri mundi subselium:nutrimentum terrenorum omnium:eandemq3 nutricem. Meditare numerum mortalium:immortaliumq3 uiuentium.medium uero quasi cōfinium utrorumque:mortalium uidelicet atq3 immortalium:lunam ipsam circueuntē. Anima rursus omnium plena:propriis ab ea motibus agitata:partim quidem circa coelū: partim uero circa terram:nec ea quæ dextra sunt ad sinistra:neq3 leua ad dextra. Item nec supera ad īfera:nec īfera iterum ad superna. Quod aūt hæc oīa geita sint o dulcissime mi

Mercuri: nequaquã nũc opus ẽ: ut me disse-
rẽte pdiscas. Nã corpora sunt: hẽntq; animã:
et mouentur. Hæc autem in unum congredi
absque congregantis uirtute impossibile est.
Oportet igitur aliquem esse talem ac peitus
unum. Nam cum multi: uariiq; sint motus: et
dissimilia corpora: unus autem ordo uelocita
tis in omnibus: impossibile est duos aut plu-
res esse factores: neq; enim ordo unus proba-
retur in multis. Præterea qui inter illos ibe-
cillior esset: potẽtiori nimirum inuider&: ex
quo seditio quædam exoriretur. Itaq; si unus
eorum auctor mutabiliũ animaliũ extitiss&:
cuperet quoq; immortalia gignere. quemad-
modum genitor immortalium affectar& mor
talia. Quin etiam una existente anima: unaq;
materia ad quam illorum potissimum fabrica
tio ptinet. Quod si ad utrũq;: ad quã ꝓuicia
maior? sic autem cogita. Omne corpus uiuẽs
seu mortale: siue immortale: ex materia con-
stat et anima. Omnia sane uiuentia corpora
animata sunt: non uiuentia uero: nuda pene
in omnia. Anima quoq; similiter secundum
seipsam suo propinqua parenti: uitæ causa ẽ.

uitæ autem causa:est quilibet imortalium.
Quonam igitur modo: mortalia uiuentia dif
ferunt a mortalibus? itemq; ab immortalibus
immortalia? esse itaque horum omnium au-
ctoris præ cæteris est præcipuum. Nā anima
una:uita una:una quoque materia. Quisnam
iste quis alter præter unicum deum? Num
alteri cuipiam quam soli deo conuenit ꝑcre
are uiuentia? Vnus itaq; deus mundum unū
est confessus:et solem unum:unicam lunam:
unam quoq; diuinitatem. Ipsum uero deum
quot credimus esse? Vnus igr̄ singula facit ī
multis. Num cēses arduum quiddam et labo
riosum deo. uitam:animam:immortalitatem:
mutationemq; efficere? Tu enim tot tātaq;
potes:uides:audis:odoras:gustas:tāgis:loque
ris:graderis:spiras:intelligis. Neque alter est
in te:qui uidet:quiue audit alter. Nec loqui-
tur unus:graditur alius:hic odorat:ille gus-
tat:hic spirat:intelligit ille. At unus hæc oīa
præstat:neq; etiam possibile est illa sine dei
materia fieri. Vt enim qui cessat ab iis: non
est amplius animal:sic qui ab illorū constru-
ctione cessaret:minime deus esset. id autem

ſuſpicari nephariū. Quod ſi conceſſum nihil in rerum natura conſiſtere:cui non inſit naturalis quidam agendi uigor:ſimulque certi operis executio:quanto magis aſſeuerandum eſt deo nō deeſſe poteſtatē omnium et effectum? Nam quicquid ocioſum:imperfectū: imperfectum dicere deum nephas. facit igr̄ omnia deus. Nunc mihi id paulū temporis o Mercuri totus adeſto:ipſum te mihi dedito: opus dei confeſtim intelliges. Hoc opus adeſſe neceſſarium erat:ut eſſent ea quæ fiūt: quæue fiebant:et quæ fient in poſterum. Id autē o ſuauiſſime mi Mercuri uita eſt:id uero pulchrum:id autem bonum:id deniq; deus. Sinautem petieris ut hæc tibi p exempla operum ante oculos ponam: aduerte qd tibi accidat generare uolenti:nō tamē illius hoc ſimile. Ille ſiquidem nō diffunditur uoluptate:non habet operis adiutorem. Suapte natura efficax:ui propria operans uerſatur:in ope ſemper exiſtens ipſe:quodcunq; fecerit unq̄. Si quando in fluxum ſuum ille ſubtraxerit: deficiente uita:in mortem corruēt uniuerſa. Cū uero uiuāt omnia:unaq; ſit uita cūctorꝝ:

unus est deus. Rursus si omnia uiuẽtia sunt: et quæ in cælo uidentur: et quæ iacent ĩ terra: una autem uita cunctorum manat ex deo: atque ipsa et ipse est deus. ab uno fiunt omĩa conditore. Vita uero est unio mentis et aĩæ: mors autem non pernicies concretorum: sed unionis plurium dissolutio. imago ergo dei æuum: æui mundus: mundi sol: solis autẽ homo. At uero mutationem quandam populi mortem esse arbitrantur: ob eam causam: qa moles resoluitur corporis: uita se reuocat in occultum. Equidem o dilecte Mercuri. mũdum quidem mutari hac te doceo rõe: quia quædam illius particule ĩ occultum iugiter abeunt: nunquam tamen interire illum existimato. Hæ profecto mundi sunt passiones: reuolutio scilicet atq; occultatio. Reuolutio quidem conuersio: occultatio aũt renouatio est. Omniformis præterea mundus formas haud sane aduenticias: peregrinasq; suscipit. uerũ ipse eas in seipso coagitat: etiam omniformis mundi similis erit: at si unitam formã habuerit. in hoc erit mundo deterior. Quid itaq; dicemus ad hec? ne obsecro in ambiguo

resistamus. Quod enim in diuinis ambiguum nondum cognitum: unam igitur hab& ideã. huius autem idea propria cum aspectum fugiat oculorum: incorporea est. formasque per corpora singula exprimit. Neq; ulla te prorsus admiratio teneat: quia sit quædam icorporalis idea. est enim qualis idea sermonis & i scriptionibus apices. uidentur. n. pmultum excedere: planæ tamen ex natura: leuesque sunt. Meditare autem quod nũc dicetur audentius: quodq; uerius etiam asseretur: quẽadmodum homo nequit sine uita uiuere: ita nec deus uiuere potest: nisi bona producat. Hæc eni dei uita: hic eius actus: agitare singula: uitamq; omnibus ispirare. Quædã uero eorum quæ supra diximus: certam quandam requirunt intelligentiam. Considera in hoc exemplo: qd potissimum significare uelim. Omnia sunt in deo: non tanq̃ in loco posita. Locus eni corpus est immobile: atq; ea quæ posita sunt: motu carẽt. Locatur qppe aliter in corpore: aliter in phantasia. Cogita singula cõtinentẽ: cogita nihil esse quã icorporal' natura capacius: nihil uelocius: nihil ualidius:

ipsumq; omnium capacissimum: uelocissimũ: potentissimum. Sic iterum ate ipso incipiens meditare: atq; animæ tuæ precipito: quæ citius quam precipies euolabit. Iubeto inquã: ut transeat in occeanum: illa prius quam iusseris ibi erit: inde ubi nunc est: nequaquam discedens. Iubeto iterum ut in coelum uol&. nullis pennis egebit: nihil eius obstabit cursui: non solum incendium: non ætheris ãplitudo: non uertigo coelorũ: nõ sideꝝ reliquoꝝ corpora: quin penetrans omnia: ad supernum corpus usq; transcendat. Quinetiam si uolueris globos omnes transire coelorum: quodq; superius est iuestigare: id quoq; tibi licebit. Aduerte quãta sit animæ tuæ potestas: quãta celeritas. Tu ne potes ista? Deus nõ possit. Hoc igitur pacto cõtemplare deum: ut in se ipso intelligentias omnes habentẽ: habẽtẽq; seipsum: ceu mundum penitus uniuersum. nisi te deo equaueris: deum nunq̃ intelliges: nam simile semper a simili suo cognoscitur. Extẽde teipsum ĩ magnitudĩe sine termino. Emerge ex corpore: totũ supergredere tpũs: æternitas esto. Sic deum denique noueris.

īpossibile nihil in teipso suppones. Teipsum
immortalem puta: comprehendere cūcta po/
tentem: scientiam omnem atque omnē pari/
ter artem. Omni sublimitate sublimior esto:
omni fundo profundior: sensusq; factoꝝ tuoꝝ
singulos in te colligito: ignis: aquæ: aridi: hu/
midi. Adesto simul mundi partibus omibus.
cœlo: terræq;: mariq;. per omnem ætatem: ext̄
corpusculi tui uentrem habitato: per mortē
nihil interire putato. Cuncta hæc simul com
prehendito: loca: tempora: moles: qualitates:
& quantitates: sic demum deum intelligere
poteris. Contra si animam tuam in corpus de/
merseris: ipsamq; abieceris: iisq; te uerbis in
cenum prostraueris: neque scio quicq̄: neque
scire etiam ualeo. uastum horreo maris fun/
dum: in cœlū uolare nequeo. non noui quid
nunc sim: non noui quid sim futurus in poste
rum. Quid tibi cum deo? neque enim potes:
cum sis malus: corporisq; fetidi seruus: ipsum
pulchrum: bonumq; ꝑcipere. Extrema uero
prauitas non recognoscere deū. At uero con/
fidere: atq; sperare se bonū aliquando repire
posse: uia quædam diuina est: ad bonū recto

tramite ducens:facilisq; et peruia.passim ꝓcedenti tibi semper:occurret ambulanti:nauiganti:die:nocteq; loquenti : pariter atque tacenti.Nihil est enim ĩ rerum natura: quod non aliquã præ se ferat diuinitatis imaginẽ.
TRISMEGISTVS.Nonne ĩuisibil' deus?
MEMS.Religiosius loquere Trismegiste. nam quis illo lucidior? Ille quippe omnia ob eam causam fabricauit : ut eum per singula cerneres. Hæc dei bonitas:hæc eius uirtus est.illũ fulgere per omnia : nihil est.uel ĩcorporeis etiam inuisibile:mens ipsa intellectiõe uidetur.Deus in opatione conspicitur.Hæc hactenus enodata tibi sint Trismegiste : cætera omnia ipse per te iã perscrutaberis:neq; falsa ueritatis imagine decipieris.

MERCVRII AD TATIVM DE COMMVNI.

Dialogus ix.

Ens quidem o Tati ex ipsa dei essentia:si qua tamen est eius essentia:nascitur.Hæc q̃liscunque sit:sola seipsum sincera comprehẽdit. Mens

igitur ab essentia dei nequaquam diuisa: sed illi potius eo modo cōnexa: quo solis corpori lumen. Hæc mēs deus est in hominibus: atq; iccirco nōnulli ex hominū numero: dii sunt: eorumq; humanitas est diuinitati q̄ ꝓxima. Etenim bonus demon deos quidē prædicat immortales homines. homines aūt mortales: deos. in animalibus autem irrationabilibus mens illa natura est. Nam ubicunque anima: ibi quoq; mens: quemadmodum ubicunque uita: ibi etiā anima in uiuētibus: absque rōnis discursu. Anima est uita uacua mentis: mens quippe adiutrix ē hominum animarum: eas ī bonum proprium reuocans. In animalibus ra tione carentibus cum natura cuiusq; opādo congreditur: in animis hominū resistit inter/ dum: atque repugnat. Anima siquidē infusa corpori: a uoluptate atq; dolore continuo de/ prauatur. ex corporis enim commixtione uo/ luptas: et dolor: ceu riuuli quidam scaturiūt: in quos madēs anima suffocatur. Quibuscūq; igitur animis mens præsidet: suo illa fulgore illustrat: earum moribus: malisque resistens. quemadmodū uero medicus eruditus: egro/

tantis corpus doloribus afficit:urendo illud: atque secãdo recuperandæ ualitudinis grã. eodem modo mens uoluptuosam affligit animam:ut radices uoluptatis euellat.ab hac.n. omís animæ morbus:morbus animæ grauissimus:impietas est.opinio autem non ad bonũ prorsus ullum : sed ad malum potius allicit. At uero mens illa repugnãs:sic animæ bonũ procurat. ut saitatẽ corporis:medicus. quotcunq; hominum animæ mẽtem nequaquam sortitæ sunt:gubernatricem eandem:quæ & brutorũ animæ patiuntur. Dimittit eas mẽs cupiditatum imperio:ad quarum expletionẽ ardenti quodam impetu perferuntur : rituq; ferarum ímoderate et irascuntur:& cupiũt. Quodq; deterius est:nec finem imponunt libidini ullum:nec malorum inueniunt passionumq; terminum. Hisce uelut littorem : ut uindicem deus legem proposuit. TATIVS. Hic o pater disputatio illa de fato:quam in superioribus imperfectam reliquimus reuiuiscit. Nam si decretũ sit quosdã adulteros: quosdam fore sacrilegos:cur aliquis íde mulctatur:quãdo qdẽ cõpulsus fati necessitate

deliquerit. TRISMEGISTVS. Omīa sunt fati opera fili. absq3 illo nihil est corporaliū: non bonum: sine illo quicquā potest: nō malum fieri sine illo. Decretum est eum quid turpe quid commiserit pati: ille ob id cōmittit: ut patiatur inde quodcūq3 patitur quādo commiserit. Cæterum de fati ac delictorum suppliciis: in aliis diximus. Præsens uero nobis est sermo de mente. Quid mens ualeat: q̄ differēs in hominibus: ac brutis sit eius īstinctus: atque iterum quo modo in brutis quidem nō est mens ipsa benefica: in hominibus autem libidinis impetum cohibet: iracundie restinguit ardorem. Ex quo sequitur. ut inter homīes: irrationales quidam: nōnulli rōnales existant. Cuncti uero homines fato: generationi: transmutationi subiiciūtur. Iniciū qppe: finisq3 fati duo hæc: generatio scilicet ac trāsmutatio. Et homines uniuersi q̄dē patiūtur id: quod instituit fatum. Verū rationales illi: quibus diximus mentem ceu gubernatricem assistere. non eodem modo: quo cæteri patiūtur: immo ab improbitate alieni: existentesq3 nō mali: patiūtur minime malū. TATIVS.

Quomodo rursus hæc ais o pater? TRISM. Adulter nonne malus? Homicida nonne malus? Homo non adulter patitur: sed quemadmodum adulter. non homicida: sed quemadmodum homicida. Qualitatem trãsmutatõis effugere impossibile est: sicut et generatiõis effectum. Prauitatem uero mentem habenti uitare licet. Quamobrem ego mi fili bonum semper dæmonem audiui dictantem: qui si litteris quæq; monumenta mandasset: mira quædam in dies humano generi emolumẽta conferret. Solus ille mi fili tanquam ipse pro me genitus deus: uniuersa conspiciens: diuina in nos effudit oracula. Hunc eqdẽ audiui sic aliquando prædicantem: unũ omnia sunt. præsertim intelligibilia corpora uiuimus potẽtia: actu: æternitate. Mẽs huius bona: quẽadmodum et eius anima bona: cum id ita se habeat: nihil est ĩtelligibilium ab ĩtelligibili distans. Potest præterea mens princeps omnium: atque anima dei: quæcũq; uult efficere. hæc ille. Tu igr̃ ista considera: et ad hũc quem inferam sermonem de fato: mẽte arrectisque auribus adsta. Si diligenter litigiosas

captiunculas euitaueris: iuenies absq; dubio: quod mens anima dei dominatur oībus. tum etiam legi: ac cæteris uniuersis. neque aliqd illorum: quæ ad fatum spectant: impossibile menti. Ideoque humanus animus fato superiori: nō tamen quæ fato subiecta sunt: negligit. atq; ista sunt oracula boni dæmonis optima. TATIVS. Vere diuine: atq; etiam commode tractasti hæc o pater. At illud insuper mihi declares obsecro. Mentē in brutis operari naturæ modo dixisti: cū illoꝝ affectibus cooperantem. Affectus autē irrationaliū: ut arbitror: passiones sunt: mēs ergo passio quædam est. Sic enim passionibus conformatur. TRISMEGISTVS. Euge fili bone: q̄ generose rogas. æquum est: ut tibi respondeā. Oīa quæ insunt in corporibus incorporea: patibilia sunt. immo passiones proprie sunt. Omnis motus corporeus: incorporea quoq; mouētur a mente. Motus autem passio. Vtraque ergo: tum quod mouetur: tum etiam quod mou&: patiuntur. Hoc quidem dominans: illud uero subiectum. Cum uero separatur a corpore: a passiōibus liberatur. immo nihil usq̄ ipatibile

fili:cuncta enim patibilia. Sed passio et pati-
bile i hoc maxime differunt. quod unũ agit:
alterum patitur. Corpora uero secundum se
ipsa etiam agunt. aut enim immobilia sunt:
aut mouentur. Vtrum uero sit horum: passio
est. In corporalia autem operantur semp: pro-
ptereaq; patibilia sunt. Neq; te appellatiões
moueant. Operatio. n. ac passio idem: uocabu-
lo tñ magis honorando uti: nil obest. TATI.
Perspicuam de iis rõnem reddidisti o pater.
TRISME. Illud praeterea considera o fili:
quod duo haec soli ex oĩbus animalibus hõi:
deus ipse largitus est. sermonem scilic& atq;
mentem. Quae quidem eiusdem ac immorta
litas premii esse cẽsentur. Iis quisquis ad id:
quod decet: utitur: nihil ab immortalibus dis
crepat. Qui etiam corporis solutus compedi-
bus: ab utrisque ducetur in chorum beatorũ
simul atque deorũ. TATIVS. Caetera prae-
ter hominem animantia: nonne sermone utũ-
tur? TRISME. Non fili: sed uoce. permultũ
interest uocem inter atq; sermonem. Sermo
cunctis communis hominibus: uox aũt ꝓpria
cuiusq; hominis: propria etiã cuiusq; generis

animantium. TATIVS. O pater diuersa ge-
nera hominum: diuersis utũtur sermonibus?
TRISMEG. Diuersis o fili unus etiam ser-
mo: qui per interpretationem huc atq; illuc
translatus: unum denique uerbum existere
reperitur. Verbum idem apud ægyptios: p-
sasq;: et græcos: sed uideris mi fili uerbi uir-
tutẽ: et amplitudinẽ ignorare. Beatus deus:
dæmon bonus: animam esse in corpore: mẽtẽ
in anima: in mente uerbum pronũciauit. deũ
autem horum patrem asseruit. Verbũ itaq;:
imago ac mẽs dei est. est corpus quidẽ ideæ:
idea uero aĩa est. purissimaq; materiæ portio
aer: aeris anima: animæ mens: mẽtis denique
deus. Deus uero circa omnia: simul atque p-
omnia. mens circa animam: anima circa aerẽ:
aer circa materiam. Necessitas autem: proui-
dẽtiaq;: et natura: organa mũdi sunt: ordinisq;
materiæ. Etenim intelligibilium unũquodq;
essentia: essentia uero illorum: ipsum idẽ. At
eorum quæ mundo insunt corporum: unum-
quodque est multitudo. Corpora composita
ipsum idem habentia: atque inuicem mutuo
transeuntia: immortalitatem ipsius eiusdem

perpetuo seruāt. In cæteris corporibus: quæ composita sunt: corporis cuiusq; numerus ē. absq; numero cōstitutionem uel cōpositionē uel dissolutionem fieri: impossibile est. Vnitates quippe gignunt atque augent numerꝝ: rursusq; solutæ: in se numerū retrahunt. Materia quidē una: totusq; hic mūdus: magnus est deus: imago maioris: unitus illi: patris ordinem uoluntatemq; seruans: uitæ totius integra plenitudo. Neque est in eo quicquam per omnem æternitatem: restitutionemque paternam: seu ad totum: siue ad partem spectans. quod non uita fruatur: neque est uitæ exps in mundo quicquam: nec fuit ante: nec erit. Viuentem enim uoluit pater eius: q̄diu est: esse mundum. unde deum hunc esse necesse est. Quomodo possunt o fili in deo: ī totius imagine: in plenitudine uitæ esse quædam: uita carentia? Priuatio uitæ corruptio est: corruptio uero pernicies. Quonam igitur pacto pars ulla eius quod incorruptibile est corrumpi: uel dei quicquam destrui potest? TATIVS. Nonne o pater animalia quæ in mūdo sunt: mundi partes intereunt? TRIS.

Rectius loquere fili. Erras eni in nomine: nō moritur in mundo quicquam: sed composita corpora dissoluuntur. Dissolutio mors nō est: sed mixtiōis resolutio quaedam. Soluitur aūt unio: nō ut ea quae sunt: intereant: sed ut uetera iuuenescāt. TATIVS. Cū sit quaedam operatio uitae: nōne motio quaedā haec est? atque ideirco qd in mundo imobile? TRIS. Nihil o fili. TATIVS. Nunquid immobilis tibi terra uidetur? TRISME. Minime: sed multis motibus agitata. sola tamen haec quodammodo stabilis. An non ridiculum esset ipsam nutricem omnium concipientem: parturientemq; singula motu carere? īpossibile enim aliquid absque motu parere: nec minus ridiculum: quantum id corpus sterile nuncupare. Nihil eni aliud ipsius immobilis appellatio: quam sterile quiddam significat. Totū hoc o fili generatim cōsidera: quod est ī mūdo: aut crescendo: aut decrescendo mouetur. Quod uero mouetur: id praeterea uiuit. singula tamen uiuentia haud eadem esse necesse est. Simul quippe mundus uniuersus existēs: totus quidem immobilis. partes autem eius

formetur. Quod si formatur: ab aliquo certe formatur. Operationes enim formandi: partes dei esse diximus. A quo ergo uita donantur animantia singula? A quo fiunt immortalia: quae immortalitatis munere perfruuntur? A quo mutantur: quae mutabilia sunt? siue materiam: seu corpus nuncupaueris: dei actus esse memento. Actumque materiae: materiae rationem. actum corporeum: corpoꝝ rõnem. actum essentiae: essentiae rationem. Idq3 omẽ: neq3 quicquam est in omni: quod non sit ipse deus. Itaq3 nec magnitudo: neque locus: neq3 qualitas: nec figura: neq3 etiam tempus circa deum. Omne enim est. Omne autẽ circa oia: atq3 per omnia. Hoc uerbum o fili cole atque adora. Cultus aũt dei unus est: nõ esse malũ.

MERCVRII AD TATIVM FILIVM SVVM DE GENERATIONE ET IMPOSITIONE SILENTII.

TATIVS.

IN communibus pater sermõibus per aenigmata quaedam: ac sine declaratione ullius adiũctionis:

de deitate tractasti. asserens ante regenerati/
onem saluum fieri neminem. Equidem dum
ascendebas in montē: supplex tibi tūc astiti
obsecrans: ut mihi regenerationis rationē ali/
quando reserares: id enim solum restabat tūc
mihi discendum. Tunc demum spopondisti
te reuelaturum cum a mundo forem aliena/
tus. Ecce iam paratus sum pater: a mēte mea
mundi deceptiones excussi: Tu ergo serua
promissa. Regenerationis modum uel palā:
uel clanculum: ut lubet ediscere. Ignoro o
Trismegiste: qua ex materia quo que semine
natus fuerit homo. TRISME. O fili contem
platiua in silentio sapientia: semē eius uerū
bonum. TATIVS. Quonam serente pater?
Hoc enim ignoro. TRISME. Volūtate dei
mi fili. TATIVS. Et quanti est qui non est
genitus: exps enī ītelligibilis essentiæ: quod
si aliter se habeat: qui gignitur: deus erit. dei
filius. TRISME. Omne in omni: constans ex
omnibus potestatibus. TATIVS. ænigmata
fingis o pater: neque patris more cum filio lo
queris. TRISMEGI. Hoc genus o fili non
eruditur. uerbū quotiens uult: sub īsinuatiōe

49

quadā in dei memoriā reducitur. TATIVS. Impossibilia īfers: ac nimiū uioléta. qua ꝓpter his cupio contradicere. TRISME. Admodū discrepas a paterno genere tati. TATIVS. Ne īuideas mihi pater: legitimus enim sum filius. Age precor: regenerationis modū me doce. TRISM. Quid dicam fili? quod dicā. præter hoc non habeo quicquam: quod uerꝫ cerno spectaculum: ex dei benignitate mihi iam oblatum. unde in corpus sum immortale translatus: sumq; non ille qui prius fuerā: ac mens nuper effectus. hoc misterium non docetur. Vide hoc elemento formato: per quod uidere licet: per quod neglecta est a me prima cōposita species. non quod sim coloratus: tactumque ac terminum habeam. ab iis enim impresentiarum alienus sum. TATIVS. In furorem me: īsanumq; mentis oestrū o pater nimium concitasti: impresentiarū me ipsum haud uideo. TRISME. Vtinam fili charissime tu quoq; teipsum non dormiens transcurrisses: istar eorum. qui somno insomniis occupantur. TATIVS. Dic age: quis est regenerationis auctor? TRISME. Dei filius homo:

unius uoluntate dei. TATIVS · Nũc mutũ o pater ac stupidum reddidisti: ipse quoque a pristino statu mentis alienatus: eandem as/picio imarum rerũ caractere magnitudinem: ineoq; mendacium. Mortalis enim species p dies singulos transmutatur: hæc ad tempus utpote falsa in augmentum: detrimentumq; uertitur. qd ergo uerũ Trismegiste? TRIS. Quod non perturbatum: non determinatum: non coloratum: non figuratum: nõ concisum: nudum: perspicuum: a seipso cõprehensibile: intransmutabile bonum: ac penitus incorpo/reum. TATIVS. Insanio iam re uera mi pr̃. cunque sapientem abste sperassem me fieri: eiuscemodi cognitione: sensus obtusi sunt. TRISME. Sic accidit fili: nam sursum latũ ut ignis: et deorsum latum ut terra: et humi/dum uelut aqua: necnon spirans ut aer: quo/modo ipsum sensu percipies? non durum: nõ molle: non densum: non penetrabile: solũ po/tentia: atq; actu cõsiderandum. qui uero põt: oret. ut generationem quæ ĩ deo ẽ: ĩtelligat. TATIVS. Impotens ego sum pater. TRIS. Absit hoc o fili. recurre in teipsum: et conse/

queris uelis:ac fiet.Purga ſenſus corporis.ſol
ue te ab irrationalibus materiæ ipſius ultori-
bus.TATIVS.Num ultores intra me ſunt?
TRISME.Nō pauci o fili:ſed horribiles: ac
multi.TATIVS.Ignoro pater. TRIS. En
fili:hæc una eſt ultrix:ignorātia:ſecūda ĩſti-
cia:tertia incōſtantia:quarta cupiditas: quīta
iniuſtitia:ſexta luxuries: deceptio ſeptima:
octaua ĩuidia:fraus nona:decima ira:undecīa
temeritas:duodecima uero malicia:hæ qdē
ſunt numero duodecim. ſub iis plures aliæ
continentur. Quæ per corporis carcerē ĩclu-
ſum:ĩ triſtem hominem ſenſibus pati cogūt.
Abſunt autem iſtæ ab eo:qui eſt dei fretus
clementia.Atque ita conſtat regenerationis
modus:ac ſermo.Deĩceps ſileto mi fili:deūq;
ſilendo laudato:eoq; pacto diuina clementia
nunquam a nobis aberit.Gaude deinceps mi
fili:nam poteſtate diuina:in contēplationem
es ueritatis eleuatus. Deſcendit ĩ nos cogni-
tio dei:hac accedente:repulſa eſt ignoratio.
Deſcendit in nos cognitio gaudii:hac præſen
te:triſticia penitus aufugit.in eoſq; ſe uertit:
qui ad eam parati ſunt capiendam.Poteſtatē

uoco ad gaudium perducentem: constãtiam: cuiusuis proculdubio suauissima est. Cõplectamur igitur eam libentissime fili: ea enim cum primum aderit molliciem omnẽ ꝓrsus expellit. Quartam uero nunc continentiam uoco: uim uniuersarum uictricem cupiditatum. Gradus hic o fili: iusticiæ fundamentũ existit. Aduerte autem quo pacto a cunctis operibus iiusticiam expulit. Iusti qdẽ effecti sumus: absente iiusticia fili. Sextam uoco potentiam in nos descendentem: cõmunitionẽ scilicet aduersus excessum. hoc deniqꝫ discedente: iuoco ueritatẽ. aufugit mox deceptio: ueritas adest. Vide quomodo absolutum est bonum: ueritate præsente. Liuor. n. discessit a nobis: ueritatis enim innatũ est bonũ: cum uita simul: et lumine: nec ultra ire uindex accessit. Verum ultrices omnes repẽtino quodam impetu reiectæ sunt. Intellexisti fili regenerationis ipsius modum: denario præsente numero: intellectualis generatio cõposita ẽ: quæ duodenarium numerum reiicit. Idqꝫ ex ipsa generatiõe speculati sumus. Quicũqꝫ igitur propter benignitatem generationis:

quæ ſecũdum deum eſt:ſenſum amittit cor/
poreum:ſeipſum cognoſcit ex diuinis cõpoſi
tum:factuſq; indecliuus:diuina potẽtia tota
mente lætatur. TATIVS. O pater concipio
non oculorum intuitu:ſed actu mentis:qui ꝑ
uires intimas exercetur. in cœlo ſum:in t̃ra:ĩ
aqua:in aere. in animalibus ſum:in arboribus:
ĩ corpore:ante corpus:atque poſt corpus. At
id præterea mihi dicas uelim:quomodo ult/
ces tenebrarum:numero duodecim:a decem
poteſtatibus repellũtur. Quis modus Triſme
giſte? TRISME. Tabernaculum iſtud o fili
eſt:ex zodiaco circulo conſtitutum: qui ex
duodenario numero conſtat illo. Numeriq;
undecim ſunt:unus omniformiſq; ſecundum
ideas naturæ:ad hominis peruagationẽ:atq;
circuitum. Itaq; diſiugatæ quodãmodo ſunt
adinuicem ultrices illæ. in agẽdo tamẽ quo/
dammodo coniugatæ. ut ecce inſeparabil' eſt
ab ira temeritas. Merito ergo ſecũdum rectã
rationem catenus interuallũ:quatenus a po/
teſtatibus decem. i. a denario numero repel/
lũtur. Denarius o fili animæ genitor ẽ. Vita
uero et lux ubi unitæ ſunt:ubi unitatis ipſius

astronomi 9 speram ponunt
Xⁿ theologi vero celum impe
hic xi est nisi zodiac
computus ut spera

numeri sunt: ex spiritu nati: itaq; unitas secū-
dum rōnem denarium complectitur: rursusq;
denarius unitatē. TATIVS. Eia pater uni-
uersum uideo: meq; ipsum in mente cōspicio.
TRISME. At hæc est regeneratio o fili: nō
adesse ulterius corpori: quantitate dimenso.
Ob hanc ꝑfecto rationē: regeneratiōis myste
rium protuli. ne simus calumniatores totius:
aduersus mltos: quos deus ipse uult. TATI.
Respōde ad hæc o pater. corpus istud ex po-
tentia constitutum: num aliqñ dissoluetur?
TRISME. Caue ne id ulterius audeas. Im-
possibilia profers: ac penitus erras: mentisque
oculis ista loquendo impietate nimia profa-
nabitur. Sēsibile naturæ corpus: ab essentiali
generatione procul admodum discrepat. unū
quidem dissolubile: īdissolubile alteꝝ. Illud
mortale: hoc īmortale. An uero ignoras: quod
et deus: et unus filius natus es? TATIVS.
O quā uellem o pater: analogiam illā p hym-
num: quem dixisti audisse te a potestatibus
dum ipse in octonario essem. TRISMEGI.
Octonariū o fili cecinit ipse pimāder. Vnde
te decet umbraculum soluere. purus enim

ille pimander: mens diuinæ potẽtiæ: nõ plu-
ra mihi quam scripta sint aperuit. existimans
me reliqua scrutaturum: hortatus me est ad
decora officia: ex quo omnes quæ ĩ me uires
sunt: concinunt. TATIVS. O pater audire
hæc: et intelligere ueli. TRISME. Quiesce
fili quiesce inquam. audies iam harmonicam
cantilenam regenerationis: hymnum quem Resurrectionis
nunquam sic facile propalarem: nisi tibi con-
ducturum considerem. Non docetur hoc: sed
occulitur in silentio. Vide me fili bone: obser
ua singula diligenter. Sic enĩ te quoq; decet
orantem: sub diuo: occidente sole: ad austrũ.
oriente uero: ad eurum faciẽ uertere. TRIS
Vniuersa mũdi natura hunc audiat hymnũ.
Audi terra: audite turbines imbrium. o silue
silete: cãtaturus sum creatorem omnium: to-
tumq;: et unum. Audite cœli: quiescite uẽti:
circulus immortalis dei orationẽ istam exau
diat. Cano iam creatorem omnium: terrarum
distributorem: cœlum equilibrantem: iubẽtẽ
ex oceano aquam undique fluere dulcem: ad
hominum alimentum. iubentẽ ignẽ fulgere:
supernæ adactionis hominum: atq; deorum.

Agamus illi omnes una uoce gratias:tranãti
cœlos:naturamq3 creanti. Hic mentis est ocu
lus: hic potẽtiarum benedictionem libenter
excipiet. O meæ uires:laudate ipsum unum
et omne. Consonate uoluptati meæ: omnes
animi uires. Cognitio sancta:quæ tuo lumĩe
fulget:per te lumen intelligibile cantãs:gau
dio mentis exulto. Omnes potentiæ mecum
una concinite. Constãtia canta mecum. Iusti/
cia mea per me iustum canat. Cõmunio mea
totum ipsum laudet. p me canat ueritas:ueri
tatem. Bonum nostrum:bonum deniq3 canat.
O uita:o lux:a nobis in nos benedictio currit.
Gratias habeo tibi pater:actus omniũ potes/
tatum. Gratias ago tibi deus omniũ potestas
actuum. Verbum tuum per me te laudet: p
me mundus uerbo℞ recipit sacrificium hec.
meæ uires clamant:totum cantant:uolũtatẽ
tuam perficiunt. Tua uoluntas abste in totũ:
sacrificium uerborum ab omnibus excipe. O
uita totum quod est in me:salua. O lux totũ
illumina: spiritus deus. Verbum tuum me
regit spiritifer opifex. Tu solus es deus. Hõ
tuus hæc clamat. per ignem:perq3 aerem:p

53

aquam:perq; terram:per spiritum:perq; cre-
ata. Ab æternitate benedictionē inueni:qua
desidero in uolūtate tua quiescam. TATI.
Noui pater hūc hymnum abste ex uolūtatis
affectu cantatum. unde mundum attigi meū.
TRISME. Intelligibilem dic mundum fili.
TATIVS. Intelligibilem dico pater. Ex tua
siquidem cantilena:illustrata mihi mens est:
quo fit:ut ipse quoq; ardeam amore canendi.
TRISMEG. O fili mi tati:ne sine proposito
laudes cantato diuinas. TATIVS. Ex mēte
cantabo mi pater. TRISME. Quæ speculor
infundo t̄ generatiōis pregeitor tati. TATI.
Deo uerborum offero sacrificia. o deus:tu pr̄.
tu dominus. tuq; mens:accipe sacrificia uer-
borum:quæ requiris a me. te uolēte perfici-
untur omnia. TRISME. Offerto fili hostiā
patri deo gratam: orationiq; tue ītētus esto.
TATIVS. Gratias hēo tibi pater. quod ista
mihi predicare uolueris. TRISMEG. Gau-
deo fili. quod te bona quamplurima ex ueri-
tate: quæ sane sunt īmortalia opera:id a me
discens silentium uirtutis annuncia:nulli cō
municans regenerationis mysteriū:ne tāquā

calumniatores quidam reputemur. Etenim uterq; nostrum ad sufficientiã meditatus est. ego quidẽ discens: tu uero perdiscens: ex quo teipsum: patremq; nouisti.

MERCVRII AD AESCVLAPIVM EPYLOGVS.

Dialogus 15.

Voniam filius meus tatius: te absente: naturam omnium discere uoluit. cunctari uero me noluit. ipse utpote iunior ac nup accedẽs: ad cuiusq; cognitionem: coactus sum plurima dicere. ut facilis illi foret: atq; expeditus intuitus: operecium esse censui. ut ex multis eligens potiora: summatim nunc tibi disputationẽ precedentem repetam. Licet enim tecũ: utpote rerum naturæ perito: per mysteria quædam percurrere. Quæ sensu pcipiũtur: facta sunt omnia: fiuntq; quotidie. genita non a seipsis: sed ab altero fiunt. Multa sunt genita: sensu patentia singula: differentiaque: nec omnino similia. quæcunq; gignuntur: procedunt ab altero. Est ergo quis factor istorum: atque iis

54

ingenitus:ut genitis antiquior sit. Genita.n. diximus ab alio fluere. Nihil autem præter ingenitũ: genitis esse potest antiqus. Factor quippe potẽtior est:et unicus:solusq; re uera sapiẽs uniuersa:cum nihil omnino precedat. Dominatur quoq; multitudini:magnitudini: actioni:continuitati:genitorumq; omniũ dif/ ferẽtiæ. Præterea genita uisibilia sunt:ĩuisi bilis ille.ob id uero facit:ut uisibil' fiat.semp igr̃ facit. Dignum est ĩtelligere:intelligẽdo mirari:admirando se beatum uocare:patrem legitimum recognoscentem. Quid enim dul cius parente legitimo? Quis iste? Quomodo eum reperiemus? An illi appellationem dei soli decens est attribuere? uel factoris:ul' pa/ tris? An tria pariter cognomenta? deũ ergo cognominato:propter potẽtiã.factorẽ:ꝓpter actum.patrem deniq;:propter bonum. Est.n. potestas a genitis admodum differens: actus autem in productione cunctoꝝ. Quamobrem sermonis uarietate:uanitateque dimissa:duo hæc in primis meditari oportet. genitorẽ.s. ac genitum:horum nihil est mediũ: nec qcq̃ præter hoc aliud. Cũ ergo omnia intelligere

uolueris:hoꝝ recordare duoꝝ: eaq; esse uni-
uersa memento. nihilq; t erit ãbiguũ: nec supno
rũ: nec ĩfernoꝝ: seu diuinoꝝ: siue mutabiliũ:
aut patẽtium: aut eoꝝ quæ ĩ tenebris delites
cunt. Duo nẽpe cũcta sunt. genitor: ac gẽitũ.
nec secerni alteꝝ ab altero põt. neq;. n. fctõrẽ
absq; facto ẽẽ possibile ẽ. utrũq; illoꝝ idipm̃
existit. Itaq; neutrum disiũgi licet ab altero:
quẽadmodũ neutꝝ a seipso diuidi. Si. n. ipm̃
faciẽs: nihil præter ipsum quod facit ẽ aliud:
simplex. n. est: ut semp est: ita semp est agẽs:
ideẽq; sibiipsi: et ĩ existendo pariter: et in agẽ-
do. Nihil ãt quod gẽitũ: a seipso genitũ ẽ. nõ
ergo seorsum factũ a faciente. q horum unũ
subtrahit: pdit et alteꝝ. Vnus qppe natura ꝓ-
pria: naturã semp alterã respicit. Si itaq; duo
cõcessa sunt: efficiẽs: et effectum. unita qdẽ
sunt iuicẽ. sic tñ: ut unũ ꝓcedat: alterũ uero
seq̃tur. precedẽs sane deus efficiens: sequens
uero id quod ẽ effectũ. Quicqd id deniq; sit.
neq; diffidat q̃spiã iis quæ diximus: uarieta-
te reꝝ pterritus: q̃i tã diuersoꝝ cõstructio: uł
ardua sit: uł indigna: maiestate diuina. Vnica
eni deo gloria: omnium cõstitutio: atq; id est:

uelut corpus dei effector. Ab ipso profecto factore nihil malũ:nihilq; turpe. Hæ siqdem passiones sunt:creata sequẽtes opa:quẽadmodũ æs rubigo.animata corpora:limus. At neque faber ferrarius ĩduxit rubiginem:neque animati corporis genitor:cenũ ac sordes. eodẽq; modo:nec deus etiã malũ. Generatiõis ãt pseueratio:malũ surrepe cogit: eaque de causa mutationẽ deus rebus instituit.et ceu quãdã generatiõis ipsius purgationẽ. Præterea eidẽ pictori figurare lic& cœlũ:terram: mare:deos:hoĩes:bruta:arbores:ac uita carentia. Deo uero uni:taliũ deerit agẽdoꝝ facultas? O dementẽ:o cæcum:et totius diuinæ cognitiõis ĩexptẽ. Nihil est magis o æsculapi ridiculũ:q̃ quod huic accidit. Nã dũ se deũ uenerari fatetur: ex eo quod creãdi negocio curaque liberet:deum ipsum ꝓrsus ignorat. quodq; deterius est:mortalium illi passiones asscribit:inuidiã:supbiã:ignorãtiã:ĩbecillitatẽ. Nisi.n.faciat oĩa:aut supbus est:aut potius ĩbecillus:quoꝝ utrũq; nephariũ. Deus enim unicã ꝓpriãq; naturã habet:idq; ipsum bonũ est. Bonus autem.nec supbus est:nec ĩpotẽs.

ipsum uero bonum: deus est. Bonum quippe: ipsa uis omnium agendorũ. Quodcũq; geitũ: a deo genitũ: id est a bono. et ab eo: quod oĩa põt. Vide quomodo ille quidẽ facit: quomõ etiam illa fiunt. quod si comprehẽdere uel': licet magnam rationem perpulchram: atque simillimam intueri. Aspice precor agriculto rem: semina in terræ gremium diffundentẽ. hic triticum: ordeum alibi: alibi uero reliqui generis semina. Aspice eundem. uites: malosque: et ficus repastinantem atq; amputantẽ. eodemque modo deus ipse in coelum qdem serit immortalitatem: in terra uero mutationem: in totum denique mundum uitã: atque motum. Hæc autem haud multa sunt: sed pauca. certoque numero determinata. Cũcta enĩ quatuor sunt: ac deus et generatio: qbus omnia comprehenduntur.


.FINITVM.
.M. CCCC. LXXI. DIE. XVIII.
.DECEMB.





Index voluminis

Index operum, quae in hoc Mercurij Trismegisti voluminae continentur.



40

Carte 46 24 linee